3 gitur reiecta qñ sñia est manifeste iniqua: vñ etiã videmus † q lz alias a sñia lata sup possessione non possit appellari. l. j. C. si de momenta. pos. fue. app. tñ fallit nisi sñia sit euidẽter iniqua ẽm Bald. in. d. l. j. in ver. decimo q̃ro &c. bene faciũt not. per Bal. in. l. j. in prin. in. ij. colũ. in ver. oppo. s. ne qs &c. ff. de ope. no. nun. & p. d. Old. in cõsi. cvj. incip. q litere executorie. & per Bal. in. l. j. in pn̄. C. ne lice. tertio pnuo. sed ita est in proposito q illa relatio est manifeste iniqua ẽt ex ĩspectiõe ipsi⁹ relationis pz q2 dñi notarius refert informationes quas habuit non refert q aliquis dixerit sibi q asinus fuerit vulneratus in guardia ville Uiadagole aut q damnũ sit datũ ĩ villa Uiadagole. sed solũ refert q quidã Ant. Jo. dixit sibi q vidit dictũ asinũ vulneratũ & mortuuz in villa Uiadagole. sed certe ex hoc nõ infertur q asinus fuerit vulneratus in villa Uiadagole potuit eñ vulnerari alibi. Cũ ergo statutũ velit teneri villã de dãno dato in ipsa villa opz constare q damnum fuerit datũ in villa al's succumbit accusator. l. non solum. §. sed vt probari. cũ ibi plene no. per Bar. in prin. in. j. q. ff. de ope. no. nun. ergo cũ informationes q̃s refert habuisse dictus notarius nihil sibi retulerint de loco in quo fuit vulneratus seq̃tur q illa relatio notarii contineat ex sui inspectione manifestã iniq̃tatem. ¶ Nec ob. q dictus Anto. dixerit: sed creditur dictũ asinum fuisse vulneratũ in terra Uiadagole q2 testimoniũ credulitatis nõ est sufficiẽs. c. quoties. cũ ibi plene not. de testa. & no. doc. in. l. si qñ. C. de test. Confirmant predicta q2 in dicta relatione cõtinet error expressus: pz q2 in fi. dicte relationis dict⁹ notarius asserit se referre. vt. s. scriptũ est veridicã informationẽ habuisse dictũ asinum fuisse vulneratum & mortuum in dicta villa & in dicta area & tñ ex his q̃ narrata sunt in ipsa relatione apparet q notarius nõ habuit veridicã informationem q2 solũ audiuit ab vno deponente de credulitate: s. q credebat asinum in dicta villa fuisse vulneratum & mortuũ & constat q eo mõ non põt dici dictũ notariũ habuisse infor-
4 mationẽ veridicã q2 †veritas habet ex his q̃ visu pcipiunt non autem per relationem vnius testis maxime deponentis de credulitate. ita no. Bar. in effectu. in. l. j. in vlti. col. ff. de inter. act. & in. l. admonendi. circa. v. col. ff. de iureiu. & Bald. in. l. in bonefidei. in. ij. col. C. de reb. cre. et
5 doc. in. c. fi. de iureiu. †testis eñ q deponit de credulitate non dr verus testis quia non deponit de veritate sed de credulitate. ita no. Anto. de bu. in. c. ij. in fi. de testi. allegat no. p glo. in. l. ij. §. idẽ labeo. ff. de aqua plu. ar. ergo errorem manifestum continet dicta relatio ergo ei stãdum non est per ea q̃. s. dicta sunt. & p ea que refert Inn. in. c. cũ bertoldus. in glo. in ver. concessimus. de re iudi. vbi dixit q si iudex dicat per. a. & b. testes probatum est titium mutuasse seio. x. ideo condemno seium in. v. talis sententia erit nulla si testes illi non pbabant q2 pinde est ac
6 si esset †error expssus in sñia qui vitiat. ita etiam tenet Anto. de but. in. c. ab excommunicatione. de rescrip. & Jo. de imo. in. l. qui rome. §. fi. de ver. ob. & in. l. ex diuerso. §. fi. ff. so. ma. & Anto. de but. in. d. c. in p̃sentia. de proba. vbi cõcordat opi. quã posuit Inn. i. d. c. qm̃ 3. & opi. quã posuit ipsemet Inno. in. d. c. cũ Bertoldus. & illa cõcordia sufficit ad propositũ nostrum quã cõcordiã etiam posuit Jo. de imo. in. l. si is ad quẽ. ff. de re iudi. ¶ Alia ratione principali apparet q dz absolui dictum cõe q2 accusator rñdendo positionibus confitetur q tẽpore quo asinus fuit vulneratus nullus ibi aderat nisi quedam puella que aderat ad custodiam dicti asini & ex contentis in libello apparet q dictus asinus non fuit vulneratus in cortili dicti accusatoris sed in strata pu-
7 blica ergo ex forma statuti villa hoc casu non tenet. Nec ob. † si diceret q cõmune negauit contenta in libello ergo nõ potest se fundare sicut dicimus in eo q negauit contenta in positione. vt no. Specu. in titu. de deposi. §. j. & Bart. in. l. non vtiq3. de excep. & in. l. post legatum & prin. ff. de his qui. vt indi. q2 respondeo q per illam gñalẽ negationem factam rñdendo nõ videt negasse oẽs qualitates in ea contentas. vt no. Bar. in. l. si dubitetur. §. ita demum. in fi. ff. de fideius. cũ concor. & dato q etiaz intelligeret esse negatũ totũ tñ pcurator vel syndic⁹ dicti cõis põt comparere & allegare q quatenus appareat dictum asinum fuisse vulneratũ in villa Uiadagole verũ est dictũ asinũ fuisse vulneratum in strata publica prout in petitione dicti accusatoris continet & quod reuocat dictus syndicus tm̃ aliam rñsionem per se factã tanq3 erroneã & q dictus syndicus credit assertionẽ dicti accusatoris posite in libello inq̃stũ dicit q fuit vulneratus in strata publica & hoc modo poterit se fundare syndicus predictus ex narratis in dicta petitione per dictum

dictũ accusatorẽ ita singulariter probat Bart.in.l.post legatũ, in pñ,
8 in vlt.col.ff.de his quibus vt indig. ¶ Et pro hoc apparet† nõ obsta
re si dicatur ꝙ statutũ velit ꝙ stetur ralationi nõ per hoc tñ est quin si
alio mõ appareat qđ cõtẽta in relatione nõ sint vera puta ꝑ assertionẽ
accusatoris.nã tũc nõ debebit illi relationi stari vt no. Ja. but.⁊ Bal.
in.l.j.C.de re iudi.⁊ bal.in.l.j.C.si aduer.liber,⁊ Ang.⁊ Jo.de imo,in
l.qui bona.§.q dñi,ff.de dã.infec.⁊ Bal.in.l.pe.C.de excu,tuto.⁊ in.c.
j.si de inuesti,⁊ do.lis ori, Pet.de ancha.in repe.canonum statuta.de
constit.in versi.vlterius quero statuto cauetur ⁊c.ergo per confessionẽ
accusatoris apparet ꝙ relatio nõ est vera ⁊ illa confessio accusatoris
9 prefertur q̃r† videmus qđ etiam vbi alias ꝯ presumptionẽ iuris et de
iure nõ admittat ꝓbatio in ꝯrium tñ admittit ꝓbatio per cõfessionez
partis.vt not.Cy.et Bar.in aut.ꝫ iã necesse, C.de donatio.ante nup.
cum cõcor. ¶ Preterea vt dixi dicta relatio ex sui inspectione est er-
10 ronea et iniusta vñ ei nõ dꝫ stari vt probaui. ¶ Itẽ lꝫ† statutũ dicat
ꝙ non reqrat libellus tñ nõ sequitur per hoc ꝙ nõ requirat qualisqua
lis petitio que semꝑ requirit vbi alias nõ requirit libellus in cle. sepe
de ver.ob.item dato qđ nõ requirat libellus tñ statutũ nõ dicit qđ ac-
cusator non possit sibĳpsi ꝑiudicare ꝑ cõfessionem suã cui semꝑ stãduz
est.l.cum te.C.de trãsac.l.fi.C.de fid.l.cũ p̃ciũ,C.de liberali cã. Et etiã
bene aduertatur, ꝙ nullus ex his a quib⁹ accepit dictus notarius in-
formationem dicit ꝙ credit vel sciat qđ asinus fuerit vulneratus in di-
cta area vel curia Anto.vt pꝫ ex relatione ¶ Preterea dictus accusa
tor est sibi ꝯrius q̃r in accusatione dicit ꝙ fuit vulneratus in strata pu-
blica postea in positionibus seu rñsionibus dicit ꝙ fuit in curia sua
ergo tanꝙ̃ ꝯrius est repellẽdus.l.j.C.de fruc.c.solicitudinẽ. de appel.
¶ Alia ratione etiã nõ põt obtinere q̃r dict⁹ Ant.accusat accusatiõe
vulneris et dani illati in strata publica relatio aũt seu probatio facta
est suꝑ vulnere et dãno illato ĩ alio loco ergo obtinere nõ põt vt deci-
dit Bart.in.l.denũtiasse.§.qd tñ alias est in.§.q vxori.§.quid tñ.ff.
de adulte.in ver.j igit q̃ro ⁊c. ¶ Postremo nõ põt accusator obtinere
q̃r statutum vult ꝙ villa teneat pro dãnis datis si ignoratur a quo da
ta fuerint ꝫ dictus accusator respõdẽdo positiõibus cõfitet se dixisse
coraz fidedignis testibus ꝙ filius Jacobi licꝫ fuerat ille qui vulnera-
uit et interfecit dictum asinum ergo tũc non põt dicere qđ non fuerat
dictus filius q̃r esset ꝯrius ⁊ probat hec scia ex eo ꝙ ipse ita extra iudi
cium dixit.vt no.Bar.in.l.celsus.in pe.col.ff.de vsuca.in ver.q̃ro qua-
liter probet malafides possessoris cũ ti. ⁊c.et qđ no.gl.in.l. fulcini⁹.
§.ĳ.in ver.ff.ex qui.cau.in pos.ea. Et per predicta pꝫ ex pluribus quo
rum quodlibet de per se est sufficiẽs ad victoriam ꝙ dictum commu-
ne debet absolui et victus victori in expensis debet cõdemnari. Ale-
xan.Tartagnis.

¶ Summarium super consilio.xcĳ.

1 Potestas cum libera habet vires ad trãsigendum.
2 Etiam super fructibus cõsumptis potest fieri transactio.nu.4.
3 In alienatione pecunie que fit per prelatum vel ecclesiam non requiri
tur solennitas decreti.nu.6.
5 Tutor potest vendere omne frumẽtum ⁊ fructus pupilli etiã si essent ta
les qui vltra triennium seruari possent.
7 Abbas vigore mandati sibi concessi per capitulum potest concedere
villam in feudum quando est consueta dari in feudum.nu.30.
8 Solennitas presumitur interuenisse per temporis diturnitatem.
9 Curator datus ad lites non videtur datus ad transigendum.
10 Heredes pupilli possunt ratificare inuestituram.
11 In feudis potest acquirere frater fratri etiam si in concessione non di-
catur ꝙ frater non receperit nomine fratris.nu.12.
13 Ubi apparet de protestatione annua presumitur ratificatio.
14 Dicto duorum cardinalium creditur etiam sine iuramento.
15 Ubi est cõsensus capituli non presumitur ꝙ fraus interuenerit.
16 Uerba posita in aliquo ꝯctu intelligũtur secũdũ naturã cõtractus.
17 Pena priuationis nũꝙ̃ habet locum nisi exprimatur.
18 Ubi vasallus cõmittit delictum non tamen in dominum non reuerti
tur feudum ad dominum.nu.19.⁊.22.
20 Uerbum distraherent et verbum venderent sunt synonyma.
21 Quando est promissio de non alienando non cõprehenditur transla
tio que fit in quãdam cõsequẽtiam ratione delicti vel culpe.
23 Uasallus alienãs et tradens feudum ipso iure perdit feudum.
24 An patiendo prescribi dicatur alienasse.
25 Ad prescribendum contra vasallum ecclesie respectu vtilis dominĳ
sufficit prescriptio.xxx.annorum.
26 In contractibus interuenit factum cõtrahentis vere: sed in prescri-
ptione interuenit ficte.
27 Acquisitio que fit per prescriptionem non dicitur habere voluntatẽ
et consensum.
28 Quando vasallus alienat an requiratur scientia domini vt inducat
pena priuationis.
29 Utrum villa iusto bello occupata possit dici iusto titulo acquisita.
42.44.⁊ nu.49.
31 Ex plenitudine potestatis pontifex potest contractum nullum redde-
re validum.nu.36.
32 Ubi est adiecta clausula supplens omnes defectus de plenitudine po
testatis non potest allegari quod contractus non valeret.
33 Quando ponitur clausula ex certa scientia ⁊c.
34 Clausula non obstante idem operatur quod clausula de plenitudine
potestatis.
35 Princeps non videtur in dubio vti plenitudine potestatis.num.47.
37 Papa presumitur habere scientiam defectuum.nu.48.
38 Ubi interuenit decretum non presumitur lesio.
39 Quando probetur quod ecclesia sit lesa.
40 Si dominus agat contra extraneum possessorem fundi emphyteoti-
carĳ nunquid possessor ei condemnabitur ad fructus.
41 Fructuarius non facit fructus suos nisi quando separat a solo.
43 Ciuitas nunꝙ̃ moritur.
45 Quando spolians impetrauit rem ab ipso spoliato videtur remissa
spoliatio.
46 Res in dubio presumitur non feudalis.

¶ Consilium.xcĳ.

¶ Plura dubia in materia concessionis feudi ecclesiastici: ⁊ de qua-
dam confirmatione apostolica: ⁊ de clausula ex certa scientia et clausu-
la non obstante plenitudine potestatis: ⁊ prescriptionis feudi predi-
cti contra vasallum: ⁊ quid de fructibus perceptis ab extraneo ex feu-
do vasalli exclusi postea prescriptione an possint repeti per dominum
Feudi: ⁊ propter qđ delictum cadat vasallus a feudo ⁊ ipso iure. ⁊ an
si vasallus patiatur prescribi feudum dicatur alienare feuduz adeo ꝙ
cadat a iure suo.



Edemptoris nostri inuo-
cato suffragio. Perspectis diligenter pro viribus in-
genĳ inuestituris hactenus factis in magnificos comi
tes Robertum a Dalmatĳs ⁊ Franciscum ⁊ bob. Ni
colaum eius nepotes de villa sextitie ⁊ eius pertinen-
tĳs vna cum quodam instrumento syndicatus capituli dicte ecclesie ⁊
quodaz inst̃ro scꝫ conuentionis, celebrate inter Abbatẽ sancti Petri
de nauaria ordinis camaldulẽsis ex vna pte: ⁊ comitem nauarie eius
oratore mediante ex altera: ⁊ eius cõfirmatione habita a clemẽtissimo
Ro.ponti. Pio scdo: ⁊ petitione producta per Reuerendissimum.d.
dñꝫ.F.episcopũ ac commẽdatariũ prefate ecclesie sancti Petri: ⁊ ex-
ceptionibus pro parte dicte cõitatis nauarie oppositis ⁊ hesitationi
bus: ⁊ quesitis inde eductis ac copioso ⁊ eleganti cõsilio ꝓ parte di-
cte cõitatis superinde reddito: insistã principaliter suꝑ quesitis illis
in quibus pondus consistere videtur reliqua vero vlterius non per-
curram eo presertim: q̃r abunde in preallegato consilio discussa sunt.
¶ Unde super primo dubio quo queritur vtrũ instrumentũ syndica
tus factum per capitulum ⁊ cõuentum dicti monasterĳ sancti Petri
valuerit quo ad transigendũ cum dictis comitib⁹ vcꝫ Roberto et ei⁹
nepotibus prout transactum fuit videtur mihi cõcludendũ qđ sic.et
1 maxime† q̃r in dicto inst̃ro data fuit generalis potestas cum libera ex-
presse dictis syndicis que ptãs vires hꝫ etiã quo ad hoc.s.ad transi-
gendũ.l.mãdato generali iuncta.l.ꝓcurator cui libera ⁊ vtroꝗ not.ff.
de procu.⁊ in.c.qui ad agendũ de ꝓcu.lib.vj.⁊ in ꝓposito nr̃o notant
2 doc.in.c.contingit.de transac. ¶ † Unde pro fructibus ꝑceptis per di
ctos comites ex dictis bonis super quib⁹ trãsactũ est potuit fieri trãs-
actio siue fruct⁹ essent cõsumpti quo casu estimatio ⁊ sic pecunia pro
fructib⁹ veniebat petenda.l.si vsusfructus mihi ĩ bienniũ.ff.de vsufr.
lega.l.heres furiosus.§.fi.ff.de peti.here.iuncta.l.in fideicommisso.§.
fi.ff.de vsufru.l.cũ qui.in prin.⁊ ibi no.Bar.ff.de his quib.vt ĩdig.l.
j.cũ ibi no.per Cy.⁊ alios.C.de pig.act.⁊ declarant Bart.⁊ alĳ in.l.⁊
ex diuerso.§.j.circa mediũ.⁊ etiam in fi.ff.de rei vẽd.⁊ no.per gl.⁊ doc.
in.l.diuortio.§.donationes.ff.so.ma.vnde tũc in alienatiõe vel remis-
sione dicte estimationis fructuum seu actionis cõpetẽtis ad dictã esti
3 mationem non fuit necessaria alia superioris autoritas: q̃r† in aliena-
tione pecunie q̃ fit per prelatum vel ecclesiã non requirit solẽnitas de
creti tanꝙ̃ res sint que seruãdo seruari nõ possunt: vt no.glo.reputa
ta sing.vbi doc.in.l.j.§.fuit quesitũ.ff.ad treb.⁊ in aut.vt hi qui obli.
per hi.hab.res mi.§.qñ aũt.⁊ no.Bar.ĩ.l.si ex legati.ff.de verb.obli.
⁊ in.l.interdũ.in prin.post prin.glo.ff.de cõdi.indebi.⁊ Bal.in.l.si cu
ratorem hñs.C.de in integ.resti.mi.facit ꝙ habetur in palea eĳciens
lxxviĳ.di.⁊ in.l.aristo.§.fi.cum.l.seq.ff.de iure deli.⁊ insti.de vsufru.
§.cõstituit.⁊.l.cũ ĩ plures.in fi.ff.de admi.tu.vnde dicit in proposito
Bal.in.l.etiã.C.de fideius.ꝙ prelatus põt pecuniã mutuare seu alie-
4 nare sine solennitate.allegat not.in.d.§.fuit quesitum. ¶ † Siue etiaz
fruct⁹ ipsi deberent seu extitissent adhuc potuit fieri alienatio ⁊ trans-
actio super eis q̃r dicunt de rebus que seruando seruari non possunt
⁊ que vsu cõsumuntur.l.si cui.⁊ quasi per totũ ti.ff.de vsufru.earum re.
que vsu consu.⁊.d.§.cõstituit.⁊ in precalle.l.aristo. cum seq.⁊.l.is cui.
§.qui legatorũ.ff.vt in pos.lega.facit qđ not.glo.repu.sing.in.l.j.C.si
aduer.vsucap.⁊ ibi doc.⁊ glo.⁊ doc.in.l.diuortio.§.interdum. in ver-
bo reddet.ff.so.ma.⁊ Ang.in.l.procurator.ff.de procu.⁊ qđ no.glo.in
5 l.procuratorem.ĩ ver.desideramus.C.de procu.per quã† vult Ang.ꝙ
tutor vendere põt omne frumentũ ⁊ fruct⁹ pupilli etiam si essent ta-
i

les qui vltra triennium seruari possent etiam si vellēt ante confectum
inuentariū: q2 dicit̄ esse res in quibus dilatio est periculum allatura
iuxta. l. tutor que possunt alienari per administrationem pupilli aut
adulti sine solennitate: vt est dictū ita possunt alienari per prelatum
ecclesie sine solennitate seu autoritate superioris. c. nulli cū gl. in ver-
bo immobilia. ⁊ ibi doc. de reb. eccle. non alie. in. vj. ⁊ gl. xij. q. ij. in sum-
6 ma. ¶ Et sicut dixi alienari† posse fructus vel pecuniā sine solennita
te infertur qd idē fit in remissione vel translatione actionis competen
tis ipsi ecclesie ad fructus vel pecuniā: q2 idē iudicamꝰ ꝑ ipsa actio-
ne prout iudicamus de ipso ad quod dicitur dari actio: vt no. gl. i aut.
de nō alieñ. glo. ⁊ doc. in. l. j. C. si aduer. transac. ⁊ no. Cy. ⁊ Bart. in. l.
potest pupillus. ff. de auto. tuto. ⁊ i. l. mouētiū. ff. de verbo. signi. ⁊ Jo.
an. in addi. Specu. in tit. de fruc. ⁊ inter. §. j. in addi. incip. aliqui dicūt
etiā. ⁊ in ti. de instr. edi. §. nunc vero aliqua. in addi. incip. scire debes.
⁊ docto. in dicto. c. nulli. ⁊ in. d. c. ij. de reb. eccle. nō alie. in. vj. ⁊ no. Bal.
in. c. sciendum. de cogni. feu. ⁊ in. c. j. in fine principij. de pace tenenda.
7 ⁊ Ang. in dicto. §. fuit quesitū. ¶ Potuit †etiam Abbas dicti mona
sterij ⁊ dictus do. Jo. vigore etiam mandati sibi cōcessi per capitulū
dicti monasterij in feudū cōcedere prefatis comitibus dictam villam
saltē attento ꝙ vt presupponit̄ erat cōsueta dari in feudū perpetuum
vt habetur in. c. ex pte. cū ibi not. extra de feu. c. j. de clerico q inuesti. fa
cit. c. j. episcopū vel abbatē. ⁊ not. gl. ⁊ doc. in. c. j. in prin. in ti. qui feu.
d. a. pos. ⁊ no. in. c. super rebus. de rebus eccle. non alie. ⁊ i. d. c. frequēs.
de excess. prela. in gl. in verbo ad mēses ⁊ no. Bar. in. l. fi. C. de bo. vacā.
li. x. ⁊ in aut. qui rem. C. de sacrosan. eccle. ⁊ Bal. in. l. etiā. ff. solu. mat.
⁊ in aut. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. ⁊ plene ponit Joan.
8 Cal. in cōsilio. cxcij. incip. articuli super qbus. ¶ Et per tātā† tempo-
ris diuturnitatem posito ꝙ aliqua solennitas requireretur presume-
retur illam interuenisse attento ꝙ presupponitur vigore dicte inuesti
ture illā fuisse possessam per annos quadraginta ⁊ vltra. ita expresse
decidit in quadam transactione monialium Pet. de anch. in cōsi. cxxv.
incipit. in christi noīe in cōsilijs excellentium doct. allegan. not. in. c. ea
noscitur. de his que fi. a prela. ⁊ in. c. innotuit per Inno. de eo qui fur.
or. susce. ⁊ no. per Bar. in. l. actor. ff. rem ratam ha. facit. l. q in aliena
in prin. cum ibi no. per doc. ff. de acqui. here. ⁊ in. l. si filius. C. de peti-
tio. here. ⁊ in. c. peruenit. de empti. ⁊ vendi. ⁊ in. l. cum de in rem verso.
ff. de vsur. ⁊ no. Ang. ⁊ moder. in. l. sciendū. ff. de verb. oblig. ⁊ notant
doc. in. c. albericus. de testi. ⁊ in. c. illud. de presum. ⁊ Cy. ⁊ alij i. l. emā
cipatione. C. de fide instru. ⁊ Bar. de iureiurā. in. l. admonendi prope
vltimā chartam. in versi. quero qd si reperiūtur dicta testiū ⁊ non re-
9 peritur iuramentū. ¶ Circa secundā† vero dubitationē in qua qritur
quid iuris de dicto instrumento curationis in persona dictorū pupil
lorū nepotū dicti comitis Roberti, ꝑ qd fuit datus dñs Angelꝰ hispa
nus curator dictis pupillis ad lites. ⁊ sic nō videt̄ datus ad transigē-
dum ⁊ ad dictam inuestituram recipiendam dico breuiter in hoc non
oportere insistere vt mihi visum est qm̄ duorū alterum fateri necesse
est: scʒ qd dictis nepotibus acquisitum fuerit ius dicti feudi ex tempo
re quo appareret ratificasse dictā cōfessionem nomine eorū receptaʒ.
l. cōis seruꝰ. §. j. ff. de acqui. pos. l. si ego. ff. de neg. gest. ⁊ per Bar. ple
ne in. l. qui mihi. donatū. in prin. ff. de dona. ⁊ Dy. in consi. xv. qd pro
notabili reassumpsit Bal. in. l. j. ad fi. C. quando lice. ab emptio. disce. ⁊
10 idē† esset si nō ipsi pupilli sed heredes sui ratificassent q2 potuissent.
l. si suis. §. si procurator. ff. rem ra. hab. ⁊ in. l. si ab vno. ⁊ ibi notāt doc.
maxime Bald. C. de neg. gest. ⁊ no. Dy. in. c. ratum. de reg. iur. i. vj. et
11 Bar. in. l. bonorū. ff. rem ra. hab. ¶ Fortius dixit† no. Bal. in. l. fi. C.
res inter alios acta. quod in feudis potest acquirere frater fratri etiā si
in cōcessione non dicatur qd frater recepit nomine fratris sui absen-
tis sed satis est qd dicatur cōcedo titio tale castrū in feudū ita qd ha-
beat ipse ⁊ frater eius in feudū. nam hoc casu in feudis acquiretur fra
tri ex contractu fratris non tam ex contractu fratris q̄ ex bñficio dñi
ita dicūt voluisse Rofre. in sua laudabili summa feudorū. in. c. j. §. sin-
aūt vnus in ti. qui feu. da. pos. qd reputat Bal. in. d. l. fi. esse valde no.
12 ⁊ idem dicit ibi Sali. ¶ † Uel si ex dicta cōcessione nullū ius sit acqsi-
tum dictis pupillis vel eius heredibus opʒ qd dicamus ꝙ tota illa
concessio fuit consolidata in personā dicti comitis Roberti q2 quādo
ex cā onerosa prout in proposito fit concessio in emphyteosim duobꝰ
tunc si in persona vnius non valuit totū accrescat alteri in cuius per-
sona valuit ita inquit Bar. in. l. si mihi ⁊ titio. ff. de ver. ob. quem alij
ibi quātum ad propositū nostrum sequuntur per. l. fundus ille. ff. de
contrahē. emp. ⁊ no. Cy. in. l. fi. C. de inuti. stipu. ⁊ Bal. in aut. si quas
ruinas i pe. ⁊ vl. col. C. de sac. san. eccle. ⁊ Sali. i. l. j. in. xij. q. C. qm̄ nō pe
ten. par. ⁊ est de mente Bal. in. l. vnica. §. pe. C. de ca. tol. precedens tm̄
responsio magis plʒ maxime q2 vt in tertio q̄sito narratur dicti pu-
pilli effecti maiores iura dicti feudi et dictā villā per multos annos
13 tenuerunt ⁊ possederunt. ⁊ sic† consequenter ratificarunt ⁊ saltē. si ap-
pareat de eorum prestatione annua illius equi promissi i inuestitura
per ea que habent̄ in. l. cū de in rem verso. cū materia. ff. de vsu. ⁊ in. l.
si certis annis. C. de pac. ⁊ in. c. peruenit de censi. ⁊ in. c. si quis per. xxx.
in ti. si de feu. fue. cōtro. inter do. ⁊ agna. ⁊ in. c. fi. cū ibi no. per Bal. de
feu. da. in vicem legis cōmis. ⁊ declarat Bal. ff. de reruʒ diui. in. l. j. in
iiij. q. ¶ Et per ea que dicta sunt in prima ⁊ scda dubitatione super-
uacuum est insistere in tertia. ¶ Quantū vero ad quartā dubitationē
in qua queritur posito ꝙ dicta instrumenta syndicatus dicti monaste-
rij ⁊ dicte curie non fuerint sufficientia an saltem transactio censeatur
valida eo ꝙ munita fuerit autoritatibus dictis cardinalibus commis-
sarijs pape ⁊ interuenerunt tot nobiles viri amici vtriusque partis ꝙ
postea cesset omnis ꝑsumptio doli ⁊ lesiōis q̄uis hec dubitatio mihi
redditur quasi superflua stantibus his que circa superiores dubitatio
nes dicta sunt tamē adhuc dico ꝙ ex hoc capite nō videt̄ ꝙ possit alle
gari aliquis defectus attento ꝙ duo cardinales asseruerunt sanctissi-
mum dñm. N. vrbanum licentiam dedisse dicto abbati vt dictū cōtra-
14 ctū faceret ꝑut in instrumēto cōtinet̄ † ⁊ dicto duorū cardinaliū credit̄
etiā sine iuramēto. c. cū oli. cl. j. de pui. ꝯm Inn. ibi in gl. in vbo assertio
nes. ⁊ Inn. in. c. cū dilectꝰ. in gl. in verbo rñsiones. de accu. ⁊ Archidi.
xcvj. di. nobilissimus. ⁊ circa cōmissa eis ꝑ papā statur dicto eorū ꝯm
Bal. in. l. iurisiur. C. de testi. facit qd no. glos. in. c. ad apostolice. in pn.
de re iud. li. vj. quinimo vt dicunt doc. curia ꝓbat ꝙ vni soli cardi. cre-
datur vt no. doc. in. c. cōstitutꝰ. el. ij. de appel. ⁊ in. c. qd super his. de fi.
instru. Arch. in. d. c. nobilissimus. ⁊ doc. maxime Pe. de anchar. in cle.
j. de ꝓba. in ver. sequen. ⁊ Spe. in ti. de legato. §. superest. ver. qd si de-
legati. ⁊ ver. seq. ¶ Fortius dicit Sali. in. d. l. iurisiur. in fin. qd lʒ vni
soli cardi. vt testi nō credat̄ in figura iudicij ar. l. inter iurisdi. ⁊ expres
se in. c. cū a nobis. de testi. tm̄ ei tanq̄ relatori creditur in his que dicū-
tur oretenus sibi cōmissa per papā si notus ⁊ honestus ipse cardi. alle
gat no. per gl. pe. in. c. ego. N. de iureiur. ⁊ not. per. Innocē. in. d. c. cum
olim. ⁊ in. d. c. cū dilectus. no. Jo. and. in. d. c. a nobis. ⁊ no. per Spe. in
tit. de testi. §. j. ver. quid si aduocatus. ⁊ in ti. de legato. §. excipit̄. facit
qd no. Bal. in. l. exempto. in fi. de proba. ⁊ iste est proprie casus noster
vbi nedum vnus sed plures cardinales affirmant de commissione eis
oretenus a pontifice facta se interponere decretū ⁊ autoritatē dicto cō
tractui. cum ergo constat interuenisse autoritatē Romani pontific. in
dicto actu. nō est de eius viribus disputādū. c. j. de trāsac. c. proposuit.
15 de cōces. prebē. l. omniū. C. de testa. ⁊ † nō presumitur qd fraus vel le-
sio aut dolus interuenerit ꝑpter dictum consensum capituli ad dictas
autoritates ⁊ decretū. l. j. ⁊ ibi no. doc. C. de predi. curia. lib. x. l. fi. in pn.
ff. qd me. causa. no. gl. in aut. hoc ius porrectū. C. de sac. san. eccl. ⁊ tra-
ditur per Bal. in. c. j. in prin. circa. v. col. in ti. qui feu. da. pos. ⁊. l. trans-
actionē. C. de trāsactio. cū simi. ¶ Cōdescendo ad quintā dubitationē
qua queritur an presupposita iustitia belli habiti contra Rodul. per
dictam ciuitatē in quo dictus Rodulphus fuit superatus videat̄ ipe
dictaʒ villā alienasse vel aliter destruxisse propter dictam guerram
eius culpa illatā adeo qd videat̄ dictā villā esse de iure reuersam ad di
ctum monasterium maxime stantibus verbis promissiōis facte in di-
cta inuestitura per dictos inuestitos promittentes non diuidere nec
vendere nec alienare nec alio quocunq̄ titulo trāsferre in personis ex-
traneis ⁊c. vt latius in dicto instrō continetur ⁊ in hoc puto qd nō. nā
16 presuppono† qd verba apposita in cōtractu aliquo intelliguntur ꝯm
naturam contractus super quo prolata sunt etiā si impropriare opor
teat. l. si stipulatus. in prin. ff. de vsur. l. si legati serui noīe. ff. de leg.
primo. l. si vir. in prin. ff. loca. l. insulam. ff. de prescri. ver. c. cōstitutus.
de relig. do. cū si. ideo dicta verba promissionis de quibus in dicto in-
strumēto intelliguntur ꝯm naturam ipsius cōcessionis in feudū alias
in emphyteosim prout fuit dictus cōtus. Sed iste casus non est de il-
lis propter qd res feudalis vel emphyteotica reuertitur ad dñm vt in
c. j. que fue. prima causa benefi. amit. ⁊ in. c. j. qbꝰ mo. feu. ⁊. i. c. j. de alie.
feu. ⁊ in. c. imperialē. de prohibi. feu. alie. ꝑ Fed. ⁊ in. c. ex parte. de feu-
dis cū ibi no. in. l. fi. C. de iure emphy. ⁊ in. c. potuit. de loca. cū si. ergo
17 †et pena priuationis nūq̄ hʒ locū nisi vbi reperiat̄ expssum vt est tex.
no. in aut. de nō eligē. scdo nub. §. optime dū text. dicit nec lex est tale
qd dicēs quā ad hoc allegat Bal. in aut. ex testō in pe. col. C. de secun.
nup. ⁊ est optima glo. in. c. fi. in glo. magna. de iure patro. ¶ Et vidē-
18 dum est† ꝙ quando vasallus cōmittit delictū vel culpā nō tamē in do
minum. ⁊ sic non committitur delictū feudale sed cōe tunc nō reuertit̄
feudū ad dñm. d. c. j. in tit. que fue. prima causa benefi. amit. et in. c. j. in
titu. an ille qui interfecit fratrem domini sui. saltē in casu in quo feudū
esset paternū seu antiquū prout erat istud feudum. nec tenebitur iste
Rodulp. iuxta. c. j. de gradi. succe. in feu. ⁊ in. c. j. §. hoc quoq̄. in tit. de
succes. feu. ⁊ ꝙ ibi. Bal. in fi. ⁊. c. j. de natura succes. feu. ¶ Pro hoc fa
cit id qd signāter probat tex. in. d. c. j. in ti. an ille qui interfecit fratrem
domini sui. vbi probatur ꝙ quando vasallus offendit aliū q̄ dñm feu
di. ⁊ ex illa offensa deberet sequi publicatio bonorū nō ꝑ hoc indistin-
cte perdet vasallus feudum sed solum quando proditorie offensa com
missa. ⁊ sic ꝑpter ignominiam nō posset stare vasallus in curia dñi ita
per illū tex. dicit formaliter vltra alios Joan. de imo. in. l. si finita. §. si
de vectigal. circa. iij. col. ff. de dam. infec. ¶ Et per hoc infert ipse ꝙ si
ex forma statuti propter quodlibet homicidiū deberēt bona publica-
ri prout olim erat de iure cōi. l. deportati. C. de bo. proscrip. licet ho-
die secus per aut. bona dānatorum eo. tit. nō per hoc perdet vasallus
feudum si interfecit̄ hominem nisi interfecerit fratrem suum vt habeat
totam hereditatem vel aliū interfecerit proditorie vt in. d. c. j. in tit. an
ille qui

ille qui interfecit fratrem dñi.et ita etiā probat in.c.j.§.deniq₃.⁊ ibi gl.
in ti.que fue.prima causa benefi.amit.¶ Predicta aūt culpa Rodul
19 phi non presupponit fuisse cōmissa†cum qualitatibus indicantibus
proditionem quas ponit Bar.in.l.respiciēdum.§.delinquunt.ff. de
pe.et and.de iser.⁊ Bal.in.c.j.in prin.qb.mod. feu.admit.cū cōcordā.
ibi allatis per Bal.in.vj.col.⁊ Bal.in aut.itē nulla.C.de epi.et cle.⁊
in.l.cum fratrem.C.de his quib.vt indig.et.in.l.j.in.xlj.⁊.xlij.q. ff. de
re.diui.⁊ Bal.⁊ Ang.in.l.j.ff.de pac.⁊ Pet.de anch.in.cle.j.§. q₂ ve
ro.de statu mona.¶ Uel s₃ Bal.in.d.c.j.in ti.an ille q īterfecit fratrē
domini sui posito quod quis deliquit seu homicidium cōmisit in aliū
q̄₃ in dñm feudi si fuit criminaliter cōdēnatus perdat eius bona ⁊ con
sequenter feudum.vt infamis qui in curia domini propter hoc stare
nō poterit tñ quando nō est cōdemnatus criminaliter nō perdit pro-
pter tale edictum feudum adeo qd̄ ex tali delicto non possit contra eū
ciuiliter agi ad priuationem feudi:vnde redeundo ad propositū cum
nō presupponatur ꝙ dictus Rodulphus cōmiserit delictū cōtra do-
minū feudi:nec delictū pro quo fuit criminaliter cōdēnatus nō venie-
bat priuādus feudo imo si aliqd̄ delictū cōmisisset in alium q̄₃ in dñm
feudi puta proditorie ꝓpter qd̄ venisset feudo priuandus tñ non de-
buisset redire feudū ad dñm:sed ad agnatos per id qd̄ habeť.in.d.c.j.
in ti.an in ille qui interfecit fratrē dñi feudi sui.⁊ in.c.j.si vasal. feu.pri
uetur qñ erat feudū antiquū vel paternū vt in casu nostro. magis ta-
mē placet illa responsio qd̄ non cōmisit delictū in dñm nec aliud pro-
quo fuerit criminaliter cōdēnatus ⁊ factus infamis.¶ Nec predictis
obstat tex.in.c.felicis versic.si qua vero feuda.de pe.in.vj.vbi propter
homicidiū etiā nō proditorie cōmissum propter qd̄ veniebant bona
vasalli publicanda auferť vasallo feudum ⁊ applicať dño feudi quā-
uis offensa nō videatur directo respicere in dñm feudi.ad illū text.rñ-
det Jo.de imo.in.c.ex parte in.xvij.col.de feud. qd̄ ille tex.loquitur in
feudo cōcesso ab aliqua ecclesia ⁊ vasallus ibi occiderat cardinalē sac.
sanc.roma.eccle.⁊ sic cōmisit offensam contra vniuersalem ecclesiam et
cōsequenter etiā cōtra ecclesiā a qua feudū habebat.facit qd̄ legitur et
no.in.c.cū apostolica de his que fiunt a prela. sine cō.cap.nō mirū er-
go si reuertitur ad dñm feudi:sed in casu nostro cū non cōmisit delictū
ꝯ ecclesiam.Nō obstāt verba instrumenti ⁊ inuestiture:q₂ illa faciunt
potius pro ista pte q₂ ibi restringitur expresse pena priuationis ad ca
sum ve₃ qñ oēs predicti ve₃ comes Robertus eiusq₃ nepotes eorū he
20 redes ⁊ successores dictam villā†vēderēt distraherent vel alienarēt tñ
illud verbū distraherent ⁊ illud verbū venderēt sunt synonyma pro-
batur in.l.si ego.§.pactus versi.interdū.⁊ ibi no.ff.de publicia.⁊ in.l.
cōi diuidūdo.§.fi.ff.cōi diui.vnde cōstat ꝙ nō vendidit Rodulphus
nec cōtractum reciprocū ex cā onerosa similem fecit.nec alienasse di-
citur tali saltē alienatione que faciebat cū cadere a suo iure.nā quāuis
bona eius immobilia efficiantur illius reipublice que iuste bellū indi-
xit.l.si captiuus.§.expulsus.ff.de capti.⁊ tradiť in locis vulgar. tamē
21 de†hac tali translatione que fit in quādā consequentiam ratione deli
cti vel culpe nō intelligūtur illa verba:per que sub pena priuationis
promissum est non alienare.p₃ in.d.c.j.§.deniq₃.iuncto.§.fi.in tit.que
fue.prima causa benefi.amit.⁊ in.c.imperialē.in princ.iuncto.§. si in-
super cū seq.de probi.feu.alie.vbi ista ponuntur tanq̄₃ diuersa. facit
c.j.in ti.an vasal.feu.priue.iuncto.d.c.j.§.fi.in ti.que fue. prima causa
bñfi.amit.⁊ in.d.c.imperialē.versi.callidis.⁊ qd̄ no.Spe.in tit. de feu.
§.ij.ibi dū dicit:sed dic premissa ⁊ similia iura loqui de volūtaria alie-
natione ⁊ cum eo transire videtur Jo.an.in.c.in quibusdam.de pen.fa
22 cit.l.j.⁊ qd̄ ibi glos.in verbo voluntaria.ff.de fundo do.¶†Et posito
qd̄ propter tale delictū aut culpā cōmissam per dictū Robertū dan-
tem causam iusto bello sibi inferēdo venisset aliquo modo priuandus
feudo adeo ꝙ feudū debuisset reuerti ad dictū monasterium tñ super
hoc requirebatur sñia declaratoria:q₂ quando propter delictū vel cul
pā talis priuatio locū habere debet feudum reuersurum sit ad dñm
nō fit hoc ipso iure:sed per sñiam declaratoriā:vt in.c.fi.in ti. quo tpe
miles.⁊ in.c.j.de feu.sine culpa nō amit.⁊ ibi p Bal.in.§.i.⁊ no. Ant.
in.l.eorum.ff.de dam.infec.Et no.Bal.post glos.in.c.j.in fine princi.
in tit.qui.mod.feu.admit.⁊ in.c.j.in.§. callidis.de prohibi.feu.alie.p
23 Fede.¶†Nisi quando vasallus alienasset ⁊ tradidisset:q₂ tūc ipso iu
re ꝑdit feudū ⁊ reuertitur ad dñm: q₂ videť illud habere pro dereli-
cto:vt.d.§.callidis s₃m Bal.ibi qui ad hoc etiā allegat.l.fi.ff. pro de-
relicto.⁊ no.p Inno.in.d.c.ex parte.⁊ ita etiā not. Bal.in.d.c.j. in fin.
prin.in ti.quib.mod.licet ipsemet Bal.in.c.j.§.fi.que fue. prima cau-
sa.benefi.amit.ponderet ibi esse tex.in contrarium inquantū tex.ibi di-
xit vasallum cariturū feudo si alienet.⁊ sic loquitur per verbū tēporis
futuri:s₃ cariturū feudo.ergo requiritur sñia:vt not.in.l.iubemus. §.
sane.C.de sacrosan.eccle.⁊ in.l.in criminali.C.de iuris.om.iudic.⁊ in. c.
cupientes.§. si vero in discordia in verbo priuētur.de elec.in.vj. cū si-
mi.cum ergo in casu predicto nō presupponatur latā fuisse sñiam su-
per hoc non potest dici feudum fuisse reuersum ad monasterium. con-
firmo q₂ etiam posito qd̄ essemus in casu in quo ipo iure vasallus esset
priuatus feudo tñ semper intelligitur ꝙ sit priuatus:s₃ extunc domi
nus feudi scienter declarauerit se velle ipsum esse priuatū alias non vt
not.Bald.in.l.fin.C.de reuocā.donat.per gl.no.in.l.ij.ff.si ager.vect.
vel emphy.pet.ꝑ.l.ij.C.de iure emphy.sed de tali declaratione volun
24 tatis nihil presupponitur ergo ⁊c.¶†Uenio ad sextu₃ dubium quo
queritur vtrum saltem dictus Rodulphus vel eius descendentes
per lineam masculinam videantur dictā villam cū pertinentijs suis
alienasse patiendo illam prescribi ⁊ possideri ꝑ dictā ciuitatem post
dictum finitum bellū attēto qd̄ dicta ciuitas expost possedit ꝑ annos
xxxvj.vsq₃ ad tēpus transactionis facte cum Abbate Joanne:⁊ sic ex
isto capite inciderit in commissum quasi translata sit in personas ex-
tranea s quasi ista dicatur alienatio.l .alienationes,in prin.ff.de ver.
signi.l.si fundum.ff.de fundo do.⁊ videtur hoc tenere Jo.an.in addi.
Spec.in ti.de feu.ī rubrica in fine.j.col.in versi.xxviij.pileus fuit etiā
vbi dixit quod si contra vasallu₃ decursa fuerit prescriptio.xxx.anno-
rum postea vasallus euigilatus est ⁊ contra possessorem egit ⁊ pro-
pter prescriptionem succubuit vasallus:deinde dominus qui ignora
uerat egit ⁊ merito obtinuit:q₂ ciuiliter possederat:mō vasallus pe-
tit feudum a domino in iudicio an debeat obtinere vasallus ⁊ refert
Jo.an.quod Pileus tenuit qd̄ dominus restituere non tenetur pri-
mo propter illius ingratitudinem permittendo prescribi propter qd̄
dicitur alienare.d.l.alienationes.Item quia vasallus fuit negligens
⁊ dñs fuit vigilans.Item q₂ domin⁹ videtur vti iure illius qui vasal-
lum vicerat.C.de euic.l.emptori.⁊.l.pomponius.§.q iussu.ff.de acqr.
pos.⁊ idem tenuit domi.Abb.in.d.c.ad audientiam.de prescrip.et la
tius Bal.ī.c.j.§.fi.de probibi.feu.alie.per Fede.in.iiij.vel.v.colum.
versi.quero quid si tertius prescribit cōtra vasallum facit ꝙ no.Bar.
in.l.cum sponte.§.in vectigalibus.ff.de publici a.per illū tex.⁊ Ang.
⁊ Moder.in.l.vsucapionem.⁊ in.l.quāuis.ff.de vsucap.⁊ Ang.in.l.si
25 cut.C.de prescrip.xxx.anno.in quibus†locis habetur qd̄ ad prescribē
dum ꝯ vasallum ecclesie respectu vtilis dominij ipsius vasalli suffi-
cit prescriptio.xxx.annorū ⁊ probatur in.d.c.ad audientiam.de pre-
scrip.in verbo principaliter.⁊ ibi per gl.⁊ doc.⁊ ista videntur iudicio
meo reddere satis dubitabilem hunc articulum. tamen ad hoc puto
posse responderi ꝙ in casu in quo loquitur Jo.an.in.d.rubri.de feu-
dis lata fuerat sententia super prescriptione contra vasallum: sed in
casu nostro non fuit lata sententia contra vasallum super ipsa prescri-
ptione nec super facto propter qd̄ debeat reuerti ad dominum ⁊ regu
lariter vt habeat locū pena priuationis ⁊ reuersionis feudi ad domi-
nu₃ requiritur ꝙ super facto propter q ð infertur priuatio sit lata sen
tentia vt dixi j superiori ꝓmo quesito:⁊ licet s₃m aliquos nō requira
tur sñia quando vasallus priuatur propter alienationem ⁊ traditio-
nem feudalis vt ibi dixi tamen ille non videtur esse casus noster ⁊ pre
sertim attento eo quod domi.Sali.in.l.traditionibus.C.de pac.in.vj.
col.vbi secutus dominum suū domi.Ricar.de Sali.dixit ꝙ talis alie
26 natio ⁊c.¶ Facit quod no.Bar.in.l.fi.C.in qb⁹ cau.ī integ.rest.nō est
neces.in penul.col.dum dicit qd̄ in contractibus interuenit factum cō
trahentis vere:s₃ in presciptione interuenit ficte factum illius contra
27 quem prescribitur.allat.d.l.alienationis.Et dixit†glo.in.l.j.§.si quis
in versi.actione.ff.de dolo.quod acquisitio que fit per prescriptionem
non dicitur habere voluntatem ⁊ consensum illius contra quem pre-
scribitur.⁊ no.Bal.in.l.j.C.de in integ.resti.⁊ in.d.l. traditionibus ⁊
28 in auť.ad hoc.C.de vsur.¶ Et sic†non militat illa ratio quam red-
dunt doc.dum dicunt ꝙ quando vasallus alienat ⁊ tradit non requi-
ritur sententia vt habeat locum pena priuationis eo q₂ videtur habe
re rem pro derelicto:nam hoc non potest adaptari ad casum nostrum
q₂ in habendo rem pro derelicto concurrit voluntas domini vt patet
per totum titulum.ff.pro derelicto.maxime in.l.si is qui in ver.volue
rit.⁊ ex no.per gl.in rub.illius tit.⁊ dispositio iuris volentis ꝙ ipso
iure priuetur vasallus propter alienationem cum sit penalis.l.j.C.de
his que pene no.declarat Bal.in.l.ij.ad fi.C.de iure emphy.debet in
telligi in casu vero.⁊ sic in vera alienatione non in ficta nisi hoc expres-
se dicatur.c.graue.versi.⁊ hoc ipsum de preben.vbi hoc expresse not.
Anto.de but.⁊ do.Abb.facit.l.iij.§.hec verba cum ibi not.ff.de neg.
gest.⁊.l.fi.C.de his qui ve.eta.impe.cum suis concor.facit etiam regu
la in penis ⁊c.Preterea dato ꝙ fuisset ipso iure priuatus vasall⁹ ta-
men intelligitur solum priuatus tunc quando dominus feudi scienter
declarauerit velle vasallum esse priuatum:vt dixi in fine precedentis
29 dubij: ⁊ de tali declaratione nihil presupponitur.¶†Capio nunc
octauum dubium quo queritur vtrum dicta villa cum pertinentijs
suis propter dictum iustum bellū occupata possit dici iusto titulo que
sita ita quod ab ea alienari non possit saltem durante tempore infeu-
dationis facte de dicto anno aut prescripta per dictam ciuitatem cum
illā possederit pacifice ⁊ quiete ante dictam factam transactionem per
tempus annorū.xxx.⁊ vltra.⁊ hoc saltem quo ad ius feudale ⁊ emphy
teoticum.¶ Respondeo quod quo ad excludēdum Rodulphū a suo
vtili dominio puto ciuitatē posse se tueri communi prescriptione.xxx.
annorum.per id quod incidenter dixi in sexto dubio.q₂ vt ibi dixi hoc
probatur in.l.cum sponsus.§.in vectigalibus cum ibi no.per Barto.
ff.de publi.⁊.c.ad audientiam in ver.principaliter.⁊ ibi glo.⁊ docto.
de prescriptio.⁊ Jo.an.in dicta rub.de feud.circa fin.prime col.⁊ not.
Ange.in.l.sicut.C.de prescrip.xxx. annorū.⁊ Angel.⁊ Moder.in.l.
quamuis.⁊ in.l.vsucap.ff.de vsuca.⁊ bene faciunt not.per gl.in.c.j.§.j.

Preterea in ti. de capi. cõra. sed quo ad excludendaꝫ ecclesiam respe-ctu illius vtilis dominij: qḋ fuerat Rodulphi sunt opiniones inter glo. ⁊ docto. in dicto. c. ad audientiam. de prescripti. quia glo. ibi vult quod sit. Et ita videtur esse de mẽte Bar. in dicto. §. de vectigalibus. ⁊ Ang. in locis supra proxime allegatis ⁊ sentit hoc glo. xvj. questio. iiij. volumus. in versi. ratione ecclesie ad quem se remittit Joan. and. in dicto. c. ad audientiam. idem tenet dominus Abbas in dicto. c. ad audientiam. dicens qḋ Inno. ibi sentit hoc scilicet ꝙ ille qui prescri-psit vtile dominium vellet excludere ecclesiam sed eam recognoscere non requireretur prescriptio tanti temporis quanti requiritur contra illam ecclesiam. ⁊ pro hoc etiam adducit tex. cum gl. in dicto. c. j. §. pre terea. de ca. cõra. ⁊ dicit quod ita est de mẽte text. l dicto. c. ad audiẽtiã. putat tamen ꝙ si dicta prescriptio decursa esset ignorante ecclesia pos set ecclesia petere restitutionem in integrũ ne cogeretur vasallum do-mini habere quem nollet iuxta no. per glo. in. l. j. C. de patria pote. ⁊ i l. si partem. §. j. in verbo non vtendo. ff. quemadmo. seruitus amit. Est verum quod host. in dicto. c. ad audientiam. videtur reprehendere gl. ibi positam ne ecclesia cogatur habere vasallum illum quem nollet. ⁊ quem habere non expediret. tñ Bal. in dicto. c. ad audientiam. vltra predictos doc. reprehendit opinio. hosti. quando prescribens fatetur ecclesiam esse dominã. Ex his patet quomodo ciuitas possit se quo ad

30 dictum vtile dominium tueri prescriptione. ¶ † Modo videndũ est quid de nona ⁊ decima dubitatione qbus querit̃ vtrũ dicta transactio fieri potuerit per dictum dominum Joannem Abbatem cum cõsen-su monachorum: ⁊ capituli dicte abbatie quamuis non superuenerit superioris autoritas seu saltem legitime ⁊ efficaciter cõfirmata sit per confirmationem sumani pontificis Pij secundi. ⁊ an ipsa trãsactio ꝑ se valuerit satis patet ex his que dicta sunt circa aliam transactionem

31 in illo dubio versus finem. Et posito † qḋ nõ valuisset valer tamen ex illa plenissima potestate prefati pontificis: quia contractum nullum reddere potest validũ. c. j. de transac. iij. q. vj. hoc quippe. Et vbicun-

32 ꝙ † est adiecta clausula supplentes omnes defectus etiam de plenitu-dine potestatis si qui interuenerint tunc non potest allegari: quod cõ-tractus nõ valeret ex aliquo defectu minus positum vt not. Specu. et Jo. an. in ti. de lega. §. nunc osten. versi. xviij. arg. c. proposuit. de con-ces. prebẽ. ⁊ c. j. de cogna. spiri. cuꝫ simili. ⁊ no. Archi. lvj. dist. genoma nense. ⁊ Anto. de bu. ⁊ Moder. in c. illa. de elec. vbi bonus tert. ⁊ in di-cto. c. j. de transac. ⁊ Jo. de imo. in. l. quidã consulebat. de re iudica. ⁊ lꝫ in dicta confirmatione sit adiecta clausula suplentes omnes defectus si qui interuenerint: ⁊ non videantur esse adiecta illa verba de plenitu dine potestatis nostre tamen veritas est ꝙ equipollenter sunt appo-

33 sita: quia ibi † est adiecta clausula ex certa scientia que operatur vt pa pa videatur vti plenitudine potestatis: vt no. glo. ⁊ ibi Bald. in. l. cos in principio. C. de appellationibus. ⁊ glo. in. c. ad hec. de rescrip. ⁊ ibi not. docto. ⁊ maxime dominus Abbas ⁊ glo. fina. in clemen. ij. de re-scrip. ⁊ in. c. statutum. in verbo literarum. de rescrip. in. vj. ⁊ Barto. in consilio incipiẽ. ciuitati camerini. facit. l. vbi vlpianus. ff. de excusatio. tuto. ⁊ dicta. l. quidam cõsulebat. ⁊ quod no. Bald. in. l. nullus. C. ad le gem iul. maie. vbi per illum tex. dixit ꝙ cuꝫ scientia principis supplet defectum cuiuslibet solennitatis: vnde quando est apposita a principe clausula ex certa scientia credendum est illud esse verum nec licet in du bium reuocari vt inquit Barto. in. l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicil. per. l. ij. C. de leg. ⁊ l. j. ff. de offi. prefec. pretor. ⁊ ita etiam dicit Bal. in ti. de pace constan. in ver. non admittimus. ⁊ Oldra. in consi-lio. ccliij. incip. factum tale est dominus noster papa ⁊c. in. viij. colũ.

34 ¶ Fuit etiam † adiecta ibi clausula non obstante in latissima forma que etiam operatur id ꝙ clausula de plenitudine potestatis: vt not. Bald. in. l. si testamentũ. C. de testamen. Nam licet alias princeps non presumitur velle tollere ius tertij tamen fallit quando apponit̃ clau-sula non obstante vt inquit Anto. de but. ⁊ Joan. de imo. in. c. que in ecclesiarum. de constitu. per not. per Cy. post gl. in. l. fina. C. si contra

35 ius. Quinimo † licet princeps nõ videatur in dubio velle vti plenitu-dine potestatis. l. in testamento ⁊ l. quamꝗ. C. de testa. mili. no. Inno-cen. in. c. innotuit. de electio. ⁊ Joan. and. in. c. dudum. de electio. clare Bal. ⁊ Sali. i. l. bonorum. C. qui admitti. ⁊ Ange. in. l. bene a zenone. C. de quadrien. prescrip. tamen illud est verũ quãdo actus ipse in quo princeps aliquid agit potuisset fieri validior ex iure ordinario seu po testate ordinaria secus si actus non potuit fieri validior de potestate ordinaria secus ipso sciente quia videtur velle vti ꝑ lenitudine potesta tis. ita inquit Pau. de cast. in. l. princeps. ff. de legi. ⁊ in. l. ex imperfe-cto. per ibi no. per glo. ff. de testa. ⁊ in suo consilio. cclxxx. incipien. in fa cto presenti non intendo ⁊c. per. l. penul. C. de donatio. inter virum et

36 vxor. arg. l. si miles qui destinauerat. ff. de testa. mili. ¶ † Ad predicta bene faciunt not. per doc. maxime Anto. de but. in. c. ij. de confir. vtili vel inutili. vbi volũt quod si actus nullus confirmetur per validationẽ ⁊ operatur effectum quo ad bona ⁊ iura ecclesiastica in quibus habet largam potestatem quia sunt in eius administratione in. c. ij. de pre-

37 ben. in sexto. ¶ Et in clemẽ. j. ad fi. vt lite penden. ¶ Et qḋ † habuerit papa scientiam defectuum si qui interuenerint in actu trãsactionis pa tet qꝛ cõfirmauit tenorem transactionis ⁊ etiã papa audit solutionem canonis seu pensionem. hec habentur ex no. per glo. ⁊ doc. in. c. pasto ralis. §. de offi. deleg. ⁊ no. docto. in. c. venerabilis. ⁊ in. c. porrecta. ⁊ in. c. examinata. de confirma. vtili vel inuti. ⁊ Archi. vij. q. v. presentiũ ⁊ Oldr. in dicto consilio. xlvij. Et quia quedam obijciuntur cõtra di-ctam cõfirmationem respondeo in proxima sequenti dubitatione vbi predicta corroborabo. ¶ Videndũ est nũc quid de vndecima dubita-tione qua queritur vtrum possit inferri qḋ cõditio dicti monasterij vi-gore dicte trãsactiõis ⁊ cõfirmationis Pij secundi sit meliorata an vero deteriorata attento ꝙ monasterium erat consuetum dare dicta bona in emphyteosi pro libris. xv. denariorum paruorum singulo an-no vel in feudum eo modo quo fuit cõcessa dicto comiti Roberto ⁊ ne-potibus ⁊ nũc dicta ciuitas soluit ⁊ soluere debet annuatim ducatos quinꝗ de camera ⁊ attento ꝙ tempore dicte transactionis vertebatur lis cum dicta ciuitate que pretendebat acquisiuisse dictum vtile domi nium iusto bello vel prescrip. Et puto qḋ non dicitur aliquo mõ dete-

33 riorata nisi aliud probetur. † Nam si † vbi interuenit decretuꝫ inferio-ris a principe presumitur in dubio quod nulla sit lesio. l. j. ⁊ ibi not. Barto. Bal. ⁊ Ange. C. de predi. curia. lib. x. ⁊ Angel. in consilio. xiij. incipien. tutor vxori. in fi. ⁊ dixi supra in quinto dubio multo magis quando interuenit autoritas principis qui quidem semper dicitur iu ste agere ⁊ ꝙ se ex probabili cã mouerint no. Cy. in. l. rescripta. in. iij. ⁊ iiij. q. C. de preci. impera. offer. ⁊ Jaco. but. in. l. fi. C. si cõtra ius vel vti li. publi. ⁊ Anto. de butri. in. c. cum inter. p. de renuntia. ⁊ in. c. consti-tutus. de religio. domi. Jo. de imo. in. c. que in ecclesiarum. de cõsti. qḋ saltem quando dicit se facere ex certa scientia vt in casu nostro ꝑm do. Abba. in. c. cũ olim. in. viij. colũ. de re iudi. facit. l. j. ff. a quibus ap. non

39 licet. ⁊ qḋ no. gl. in. l. relegati. ff. de penis. ¶ Preterea † ad hoc vt pos sit dici dictam ecclesiam fuisse lesam ex dicta transactione oporteret probari qḋ inspecto dubio euẽtu circa litem dicta ecclesia sit lesa et ꝙ dictus dubius euentus fuisset cõiter reputatus maioris estimationis: ⁊ vtilitatis ipsi ecclesie quam sit vtilitas prouenions dicte ecclesie ex dicta transactione vt no. per gl. in. l. per diuersas. C. manda. ⁊ per bar. ⁊ Angel. in. l. ij. C. de rescin. vendi. ⁊ in. l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. ⁊ in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. ⁊ in. l. lucius. §. fi. ff. ad trebel. ⁊ docto. maxime Joã. de imo. in. c. pe. de emp. ⁊ vendi. ar. l. quod debetur. ff. de pecu. ⁊ l. si seruus. in princ. ff. de condi. fur. ¶ Et per hoc apparet non obstare si diceretur ꝙ imo fuit quam maxime le-sum monasteriuꝫ eo quia fuerũt remissi fructus preteriti tẽporis per-cepti per dictam ciuitatem ascendentes ad magnam estimationem: qꝛ dico ꝙ per hoc non sequitur ꝙ sit ostensum de lesione inspecto saltem dubio euentu litis vt dixi. ¶ Preterea dicti fructus non spectabant ad monasterium sed casu quo spectassent ad aliũ quam ad ciuitatem spectabant ad Rodulphum qui nondum poterat deijci a iure suo nõ-dum facta declaratione per iudicem ⁊ etiaꝫ per dominum feudi prout

40 requiritur vt dixi in quinto ⁊ sexto dubio hoc † videtur decidere Spe. in ti. de loca. §. nũc aliqua versi. clxj. vbi queritur quid si dñs agit con tra extraneum possessorem feudi emphyteoticarij nunquid possessor ei condemnabitur ad fructus ⁊ dicit qḋ non allegat not. in. l. indebiti.

41 ¶ Pro hoc facit † qꝛ licet fructuarius non facit fructus suos nisi quã do ipse separat a solo ⁊ eos percipit secus autẽ si alius percipiat non nomine fructuarij vt. l. si fructuarius messem. ff. qbus modis vsusfru. amit. ⁊ l. si fur. decre. ff. de vsufru. tamẽ vasallus propter vtile domi-nium facit fructus suos etiã si alius percipiat vt late disputat ⁊ pro-bat Bal. ita concludens in. c. que in ecclesiarum circa sextam col. de cõ sti. licet precedens responsio mihi magis placeat eo quia contra istam vltimã responsionem videtur esse decisio Goffredi quã refert Bal. in c. j. §. fi. de prohibi. feu. aliena. per Federi. in. v. colũ. in versic. x. quero vtrum dominus ⁊c. si dici posset ꝙ illi feudatarij fuissent exclusi pre-

42 scriptione quam allegaret ciuitas. ¶ Posset etiam esse † qḋ ciuitas occupans dicta bona occasione iusti belli habuit bonam fidem ⁊ iustã cãm acquisitionis ignorans ius ecclesie. ⁊ fructus cõsumptos lucrari potuit iuxta no. in. l. ⁊ ex diuerso. §. j. primo. ff. de rei vẽd. cum suis mul tis concor. tamen precedentes responsiones magis placẽt ꝙ ista pro-pter no. maxime per Jo. cal. ⁊ Jo. de imo. in. c. si quis presbyterorum

43 de reb. eccl. nõ alie. ¶ Nec † predictis obstat si diceretur qḋ imo facta est deterioris conditionis ecclesia eo qꝛ dictam villam locauit ciuitati que nunꝗ moritur. l. an vsusfructus. ff. de vsufruct. c. si gratiose. de re-scrip. in. vj. ideo videtur esse ciuitas de personis prohibitis ⁊ ad quas non possit transire emphyteosis ecclesie iuxta not. in. c. potuit. de loca. ⁊ in. l. fin. de iure. emphy. ⁊ in. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. ⁊ in. c. j. circa prin. de alie. feu. ⁊ per Specu. in tit. de loca. §. nunc aliqua versicu. cvj. Quia respondeo qḋ istud nõ obstat qꝛ in locis supra al-legatis. ⁊ etiam in. c. j. iuxta princi. de aliena. feu. bene habetur ꝙ em-phyteota vel vasallus alterius etiam in casibus in quibus dominus nollet emere suum ius vtilis dominij non potest illud concedere alte-ri potentiori: vel ecclesie vel alijs personis enumeratis in dictis lo-cis: sed non negatur ibi quin ipse dominus feudi vel rei emphyteotice possit concedere si voluerit imo si etiam vult cõsentire quod emphy-teota transferat in potentiorem potest: vt patet ex his que habetur in auten. de aliena. ⁊ emphyteo. §. j. ⁊ no. Barto. in autẽ. ingressi. in vlti-ma col.

l. fin. C. de rei ven. ⁊. l. loci corpus. §. competit. ff. si serui. ven. cum simi.
9 ¶ Quarto † ad idē facit id qd̓ not. Pau. de liaza. ⁊ alij post eū in di-
cta clemē. statutū vbi volunt qd̓ ea que ex liberalitate donantur exercē-
ti iurisdictionē episcopalē vacante sede non reseruantur successori cum
non dicantur prouenire ex vsu iurisdictionis sed ex mera liberalitate
donantis ⁊ per ꝯñs non comprehendunt̄ sub dispositione dicte clem̄.
statutum. vt pꝫ ex text. ibi dum dicit prouenit ex iurisdictione ⁊c. sed di
cta emolumenta videbant̄ ꝑcipi ex liberalitate donantiuꝫ eo quia ad
illa prestanda non cogebant̄ cum ex tenore dicti priuilegij ⁊ etiā de iu-
re cōi dictus actus debebat esse gratuitus iuxta id quod habetur in
c. j. ⁊. ij. de magist. ⁊ plene traditur per Hostien. in summa illius tit. §.
quid iuris. in princi. ¶ Quinto probari videtur q2 posito qd̓ hacten⁹
per consuetudinē fuisset acquisitum aliquod ius ꝑcipiendi emolumen-
tum dignitati archiepiscopali qñ tēporib⁹ p̄teritis autoritate archi-
10 episcoporū q pro tpe erant dabat̄ licentia docēdi tñ illa † cōsuetudo q̄
videbat̄ esse contra ius cōe ⁊ contra tenorē dicti priuilegij nō dꝫ exten-
di ad aliū casum iuxta no. ꝑ Bar. in. l. post dotē. ff. so. mat. circa pe. col.
dū allegat. l. si vero. §. de viro. eo. ti. ⁊ ꝑ no. ꝑ Inno. in. c. dilecto. de off.
archi. ⁊ ꝑ doc. in. l. j. C. que sit longa cōsue. cū simili. ergo non dꝫ extēdi
ad casum qñ dabat̄ licentia autoritate capituli seu vicarij ipsius capi-
tuli non aūt noie archiepi. ¶ Pro pte vero dñi archiepi multa addu-
ci posse videnť sꝫ infra scriptis q̄ arbitror esse potiora cōtētus ero. naꝫ
eius intentio fundata esse videt̄ per dictū. c. quia sepe. ⁊ expressius per
dictaꝫ clem̄. statutū. vbi in ecclesijs colligiatis pastore carētibus est ꝓ-
uisum ꝙ vndecunq̄ obuenientia que spectassent ad prelatū si obuenis
sent anteq̄ꝫ sedes vacaret debent reseruari successori ⁊ non occupari vel
retineri per capitulū ⁊ reuocatur ibi omne priuilegium ⁊ consuetudo
que contrarium disponerent ⁊ non vr̄ ibi text. distinguere. an tales ob-
uentiones ꝑueniant ad manus capituli eo quia in tali re capitulum de
iure cōi succedat in locuꝫ prelati sede vacante an vero ꝑueniat ad ma-
nus capituli ex aliquo priuilegio vel consuetudine imo potius cum il-
la iura derogent oī priuilegio ⁊ consuetudini aliter disponenti videtur
de mēte illorū iuriū esse ꝙ etiā si ex priuilegio vocaret̄ capitulū ad ta-
le emolumentū sede vacante tñ debeat reseruari successori vt in dictis
iuribus ⁊ maxime in dicta cle. statutū. iuncta gl. in verbo cōsuetudine.
11 ¶ Et hoc † confirmari pōt quia derogatio facta priuilegijs cōtrarijs
per dicta iura comprehendit etiā priuilegia futura. ⁊ sic postea impe
trata vt no. Dy. Bar. Bal. Ange. ⁊ Moder. in. l. si mihi ⁊ tibi. §. i le-
gatis. in fi. ff. de leg. j. argu. l. si seruitus. ff. de serui. v̄ba. prc. idem etiaꝫ
voluit Pau. de liaza. ⁊ Pet. de ancha. ī cle. j. de exces. p̄la. et Albe. de
rosa. in prima pte statutorū questione. lxvi. incip. Item quero de que-
stione de qua querit Dy. ⁊c. nisi talia priuilegia superuenientia dero-
gassent dictis constitutionib⁹ positis in. d. c. quia sepe. ⁊ in dicta clem̄.
statutum. vt etiaꝫ volunt Pau. de liaza. ⁊ aliī post eū in. d. cle. statutū.
⁊ constat qd̓ priuilegium clementis non derogat dictis constitutioni-
bus cum clausula non obstante vel equipollenti scdm̄ qd̓ de iure requi
ritur vt legi. ⁊ not. in. l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. ⁊ in. c. nonnulli. de
rescrip. ⁊ in. c. j. de cōsti. in. vi. ⁊ in. c. j. de exces. p̄la. co. lib. ⁊ quāuis papa
in dicta cle. statutuꝫ. nō intendat infringere priuilegia ꝑ que singula-
ribus personis ipsarū ecclesiarū collegiataruꝫ rōne alicuius dignita-
tis vel officij sui iurisdictio cū emolumento sede vacante deuolueretur
vt legi. ⁊ not. ibi in fi. ⁊ per ꝯñs nō videat̄ derogatuꝫ ꝑ illa iura priui-
legio Clementis ꝑ qd̓ concessa est vicario capituli facultas conferendi
licentiam et gradum doctoratus ecclesia Pisana pastore carēte ⁊ sic
videbatur tale priuilegium concessuꝫ esse singulari ꝑsone sub nomine
officij ꝙ sufficere videbat̄ vt ibi ꝑ gl. in verbo dignitatū. tñ hoc non vr̄
obstare dño archiepō eo quia tale priuilegiū Clementis nō disponit
aliquid de emolumēto sed de facultate examinādi ⁊ dādi licentiā do-
cendi quam tribuit vicario quo casu non intelligit̄ ꝑ tale priuilegium
esse dispositū ꝙ emolumentū det̄ vicario sed ꝑinde est quātū ad emo
lumentum ac si talis priuilegiatus nullū haberet priuilegiū vt ī dicta

clemē. statutū. cum glo. in verbo emolumento que est cōiter approba-
ta vnde emolumentū venit reseruandū archiepiscopo cui ex antiquis-
sima consuetudine erat acquisitū tale ius percipiēdi emolumētū ꝓdi-
ctū per regulā traditā in. d. c. quia sepe. ⁊ in. d. cle. statutū. ad qđ etiam
bñ faciunt no. per Host. Jo. an. Ant. de bu. ⁊ dñm Abbatē in. d. c. scri
ptū. sup glo. in verbo tunc per illū tex. scđm vnum intellectū ⁊ p doc.
maxime dominū Cardinalē florentinū ⁊ Joan. de imo. in. d. c. verum.
de foro cōpe. vbi concluditur quod illud qđ ex consuetudine maxime
contra ius commune esset acquisitum epō non transit sede vacante ad
capitulū. ¶ Jstis ergo ita deductis pro fundamento iuris dñi archi-
episcopi vis omnis consistere vr̄ in rñdendo ad obiecta ad que videt
posse rñderi. Et primo ad primā obiectionē supra factā. Nam illi rñ-
deri pōt qđ dato ꝙ potestas doctorandi competens dño archiepisco-
po non transiret sede vacāte in capitulum vbi aliter non fuisset proui-
sum p priuilegiū Clemētis. tñ qꝛ per dictū priuilegium fuit ꝓuisum
qđ potestas doctorandi transiret in vicarium capituli ecclesia caren-
te pastore ⁊ de emolumento ꝑcipiēdo non fuit dispositū p priuilegiū
nec etiā per consuetudinē fuit inductū qđ vicarius capituli tale emo-
lumentū lucraretur: ideo emolumentū ipsum propter ius percipien-
di acquisitum dignitati archiepiscopali ex antiquissima consuetudine
deferebat sedi vacanti que representabat dignitatem archiepiscopa-
lem cui priuilegium fuerat concessū. c. si gratiose. ⁊ qđ ibi no. de rescri.
in. vi. ⁊ trāslatio ptātis doctorādi facta in vicariū capituli virtute pri-
uilegij clemētis non operat ꝙ in ipsum vicariū trāseat emolumentum
12 vt probat in. d. cle. statutū. in fi. cū gl. in verbo emolumēto. ¶ Nec † tūc
hꝫ locū illud qđ dr̄ ꝙ trāslato principali transfert accessoriū quia ra-
tio dispositionis dicti. c. qꝛ sepe. cū simi. cōcernit solū accessoriū. i. emo-
lumentum: qꝛ propter emolumētū percipiēdū ⁊ lucrādū sede vacante
cōtingebat ꝙ ingerebant difficultates ⁊ differebat electio noui prela-
ti vnde tūc qñ per priuilegiū trāsferebat sede vacāte iurisdictio in sin-
gularē personā sub nomine dignitatis vel officij nulla facta mentione
de emolumento nō intelligit translatū esse accessorium. i. emolumentū
sed dꝫ reseruari successori ⁊ ita colligitur ex no. per glo. in. d. c. qꝛ sepe.
in glo. prima. ⁊ in verbo reseruari ⁊ expressius p Pau. de liaza. in di-
cta cle. statutū. Quod autē ex antiquissima consuetudine esset acquisi-
tum ius percipiēdi emolumētū ipsi dignitati archiepiscopali patebit
ex infra dicēdis. ¶ Ad secundū obiectū superius adductū responde
ri pōt ꝙ imo in casu proposito non cessabat ratio dicti. c. quia sepe. vt
colligit ex no. ibi p glo. primā dū dicit qđ vacante sede ingererent dif-
ficultates ⁊c. attēto presertim ꝙ impedimentum per qđ impediebat ar
chiepūs per se vel p vicariū suū exercere iura archiepiscopalia facit iu-
dicari quo ad istā materiam emolumētorū ꝑinde ac si sedes vere vaca-
ret p no. p Jnno. in. c. ad abolēdā. de hereti. ⁊ plenius dicet infra pro-
13 xime in rñsione ad tertiū argu. ¶ Nō † obstat dum tertio dicebatur: ꝙ
illud qđ habetur in cle. statutū. loquit qñ sedes vacabat: sed in propo-
sito nostro nō videbat vacare seu carere pastore cū esset ecclesie proui-
sum a romano pontifice de presenti pastore quia ad hoc pōt rñderi qđ
imo ecclesia intelligebatur carere pastore tpe predicto cū propter po
tentiā laicalem impediretur per se vel p vicariū suum exercere ea que
pertinebāt ad ius ⁊ iurisdictionē archiepiscopi vt est de mente Jnno.
in. d. c. ad abolēdā. vbi voluit ꝙ iura que p mortē episcopi deuoluun-
tur ad capitulum deuoluantur etiā eidē quando episcopus est per ab-
sentiā impeditus. bene facit qđ habetur in. d. c. si episcopus. ⁊ in. c. fin.
iuncta glo. ij. de sup. negli. p̄la. in. vi. ⁊ in. c. ij. de transla. p̄la. ⁊ p gl. opti
mam ⁊ notabilem in clemē. i. cum glo. in verbo sede vacante. de hereti.
⁊ p glo. in. c. i. de prescrip. ⁊ illud quod habetur in. c. i. in verbo mortuo
vel suspenso. ne sede vacā. lib. vi. ⁊ quod notat Hostiē. ⁊ ibi etiam Jo.
and. in. c. olim. el primo. de resti. spolia. dum allegant tex. in. c. cum ve-
nissent. de institu. ⁊ notat etiam Jo. and. in. c. i. de rebus eccl. non alie.
in. vi. in nouella dum refert illud dictum Hostiē. in preallegato. c. cum
olim. ⁊ expresse etiā Hostien. in summa. ne sede vacan. in. §. quot mo-
dis. iuxta princi. inquit sedem dici vacantem quando de facto vacat li-
14 cet nō de iure. ¶ Nec † huic responsioni obstare videtur dictum Jaco.
de sancto Geor. ⁊ Dominici in preallega. c. si episcopꝰ. de quo fuit su-
pra obiectū quia licet ad istud pro pte dñi archiepiscopi nō videatur
15 fuisse datū responsum tñ videt posse responderi † ꝙ priuilegium Cle-
mentis large contra ipsum concedentem interpretari dꝫ licet quo ad
alios stricte sit interpretandum iuxta ea que traduntur plene p doct.
in. c. olim tibi. de verb. sig. ⁊ in. c. cum dilecti. de dona. cum si. vnde siue
teneamus opinionē que habet ꝙ mortuo vel suspenso epō cui per pa-
pam concessa esset potestas doctorandi illa redeat ad ipsum concedē-
ten non aūt transeat ad capitulū sede vacante vt notatur per glo. fi. in
dicta cle. ij. de magistris. ⁊ ibi doc. ⁊ notant. d. c. verū. ⁊ in. d. c. i. de ma-
io. ⁊ obedien. lib. vi. per id quod habetur in. c. quia diuersitatē. de cōces
sio. preben. ⁊ in. d. c. scriptum. ɓm vnū intellectū eo quia de iure cōmu-
ni talis potestas doctorandi nō competat epō sed solū cōpetere possit
de iure speciali ex cōsuetudine vel priuilegio vt per doc. in dictis locis
⁊ fuit dictū supra ⁊ tunc dicendum est quod priuilegiū Clemētis dum
concessit facultatem doctorandi vicario capituli in casu in quo ecclesia
Pisana pastore careret pōt extendi etiam ad casum quo non vere sed
ficte seu interpretatiue pastore careret quia talis extensio ⁊ interpreta
tio solū tendit contra concedenten sed in casu in quo loquit Ja. de san-
cto Geor. ⁊ Dominicus in. d. c. si epūs. fiebat extensio non contra conce-
denten sed cōtra aliū: siue etiā teneamus ꝙ ptās doctorādi de iure cōi
competat epō seu archiepō loci vt tenuit Host. in summa de magistris
§. pe. in prin. ⁊ refert gl. in dicta cle. ij. in gl. fi. eo. ti. ⁊ adhuc non obstat
id quod notat Jac. de sancto Geor. ⁊ Dominicus in. d. c. si episcopus.
quoniam tunc quādo ecclesia careret pastore deferretur talis potestas
doctorandi ⁊ iurisdictio ipsi capitulo. d. c. ad abolendā. ⁊. c. cū olim. de
maio. ⁊ obe. ⁊ ibi expresse notat hoc do. Abb. in vltima questione: ⁊ per
consequens talis concessio clementis cū non esset contra ius non esset
stricte interpretanda. d. c. olim tibi. Sed Ja. de sancto Geor. ⁊ Domi
nicus in. d. c. si episcopus. loquunt in dispositione que erat contra ius
cōe ⁊ stricte interpretāda. ⁊ propterea videtur concludendum quod in
casu nostro priuilegium Clementis dū loquitur quādo ecclesia pasto-
re careret habeat locū etiam qñ interpretatiue careret seu quasi careret
prout cōtingit in casu ꝓposito. ¶ Et cōfirmari pōt quia attētis cau-
16 sis in dicto priuilegio narratis colligit ꝙ si prefato † summo pōtifici
qui dictū priuilegiū cōcessit fuisset etiā supplicatū ꝙ in casu quo p im-
pedimentum facti archiepiscopus esset impeditus per se aut vicarium
suū potestatē illam exercere id expediri posset per vicarium capituli.
illud idem in eo casu cōcessisset prout concessit in casu quo ecclesia pa
store careret. ideo pro concesso haberi dꝫ. l. titius. §. lucius. ff. de libe. ⁊
postbu. ⁊ notāt gl. ⁊ doc. in. l. tale pactū. §. fi. ff. de pac. ⁊ p Bal. in. l. i.
C. q̄ res pigno. obli. pos. bene faciunt not. p gl. in cle. i. in verbo presi-
17 dentes. in fi. de rescrip. ¶ Ad quartū † argumentū dum dicebat ꝙ id
qđ habet in dicta cle. statutum. cū si. non hꝫ locum in his que ex libera
litate donantur exercenti iurisdictionem episcopalem sede vacante di-
co hoc plane fatendū esse de iure verū vt ꝓbat in. d. cle. statutū. in ver-
bo prouenit ex iurisdictione sꝫ mihi in facto ꝓ pte dñi archiepi nō affir
matur talia emolumenta ꝓcessisse ex liberalitate donantiū sed ex ipsa
iurisdictione concessa ⁊ acquisita archiepō Pisano mediante cōsuetu
18 dine tanti tpis cuius in cōtrarium memoria nō existit ⁊ † ideo si dicta
emolumenta deponebant vt exinde sic deponentes licentiā ⁊ gradum
doctoratus consequerent ad quē alias non admittebant non posset di
ci donatio ex liberalitate procedēs. l. hoc iure. §. labeo ⁊. §. pe. ff. de do-
na. ⁊. l. i. eo. tit. ⁊ eodem mō colligit rñsio ad notata. in. c. bone. el. ij. de
postu. prela. ⁊ per Bart. in. l. cū de in rē verso. ff. de vsu. in vltima colū.
cum simi. dum voluit ꝙ illud qđ ex liberalitate vel ex amicitia fit non
dr̄ tendere ad inducendā obligationē in futurum in quo fiebat funda-
19 mentū ꝓ pte capituli. ⁊ dicta allegata consuetudo tanti † tpis cuius in
contrariū memoria non existit vim hꝫ priuilegij. l. hoc iure. §. ductus
aque. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. c. super quibusdā. §. p̄terea. de verb. signi.
centesima distinctio. contra morem. cū si. ⁊ cōsuetudo facit de illicito li-
citū in aut. de defenso. ciui. §. qꝛ vero. cū gl. in verbo ꝑcipiente. ¶ Ad
quintū ⁊ vltimū argumentū quo dicebat talē cōsuetudinē non eē exten
dendā ad casum quo licentia dabat sede vacāte rñderi pōt qđ eoipso
ꝙ dicta consuetudo tribuit dictū emolumentū archiepō pisano trāsit
etiam illud ex extensione quadā passiua in sedē vacantē representātē
ipsam dignitatem archiepiscopalē qñ non est ꝓuisum qđ emolumētū
transeat in aliū ⁊ successiue venit reseruandū successori ⁊ hoc p gene-
20 realem regulā traditā i. d. c. quia sepe. ⁊. i. d. cle. statutū. Cōstat † aūt ꝙ
hmōi extensio passiua ꝓcedens ex virtute regule precedētis pōt habe
re locum etiā in quacunqꝫ stricta dispositione superueniente vt notat
in. l. si quis seruo. C. de fur. ⁊ i. l. qđ vero. ff. de legi. ⁊ hr̄ i. l. i. §. lex falci-
dia. ff. ad. l. fal. ⁊ plene p Bar. in. l. oēs populi. i. vi. qōne principali. ff.
de iusti. ⁊ iu. ⁊ in. l. i. in prin. ff. de mune. ⁊ hono. ⁊ in. l. ij. ff. de leg. i. ⁊ in
spē no. Bald. in. l. iij. §. hec verba. ff. de neg. ge. nemo enim negaret qđ
consuetudo que habuisset locū in defuncto seruaret in eius herede vel
successore ad quem transirent iura acquisita defuncto. allegantes etiā
pro dño archiepiscopo quamuis isto modo nō respōdeāt ad hoc vlti
mum argumentum tamen alijs modis respondere conātur quod re-
ferre non puto necessarium. Ex quibus omnibus concludo in presen-
ti articulo quod si dicta emolumenta percepta fuerunt ex liberalitate
donantium non spectant ad dñm Archiepiscopum sed ad illū cui do
nata fuerunt sed vbi non ex liberalitate donantium sed vigore dicte cō
suetudinis volentes consequi licentiam docendi seu gradum doctora-
tus habebāt necesse dicta emolumenta prestare adeo ꝙ ex cōmuni cō-
suetudine aliter ad gradum doctoratus non admittebantur tunc sen-
tio illa ad prefatum dñm archiepm pertinere. Et quia hec in facto cō
sistunt ⁊ concorditer ab vtraqꝫ parte mihi nō affirmat illa esse vera: iō
necesse fuit sub dicta distinctione concludere. ¶ Et sic colligitur quod
quamuis ius doctorandi competens epō ex priuilegio nō trāseat sede
vacan. in capitulū ⁊ per cōsequens emolumenta nō transeant: nec sede
vacante ab aliquo percipi possent tñ si potestas doctorandi sede vacā
te concessa reperitur ex priuilegio ipsi capitulo emolumenta que ob
hoc percipit capitulum reseruantur futuro successori propter genera-
litatem. d. c. quia sepe. ⁊ gl. in. d. cle. statutū. bene planū esset ꝙ emolu-
menta deberēt acquiri futuro successori ⁊ ei reseruari si hoc ius docto-
randi competeret epō de iure communi: idem putarem si emolumenta
deberentur

deberentur iure cōi epo: ⁊ idē adhuc cōcedo si deberentur iure speciali epo in omnē casum ⁊ euentū: qꝛ militaret qualitas.d.c.qꝛ sepe: ⁊ tunc non sumus in arti.an ius speciale transeat in capitulum sed an ,puentus qui acquirerenť epo si viueret: etiā iure speciali.debeāt ei reseruari: quo casu pōt dici ꝙ sic p.d.c.qꝛ sepe ⁊.d.cle.statutū cum gl.generaliter intelligendo.¶ Dubiū tamē mihi facit qꝛ presupponit ꝙ talia emolumenta que iure cōi non debenť archiepo nec cap.prescriptione vel cōsuetudine archiepo deberentur: que consuetudo vel prescriptio non probabať (vt puto) nisi viuente archiepo ⁊ clarum ꝙ cū sint stricti iuris ꝙ cōsuetudo ⁊ pscriptio nō dꝫ egredi suos terminos: sꝫ ad ipsos restringi ibi in.c.fi.de cōsue.vbi late ⁊ iste.g.tāgit in quinto argumento ergo i hoc casu remanet ius cōe ergo nec Archiepo nec capitulo deberetur: sed idebite percepta intelligentur: ⁊ hac forte ratione bene motus fuit qui pronuntiauit neutri deberi.tū ad hoc respondet iste.g.qꝺ fit extensio que passiua dr̄ ⁊ si hec responsio satisfacit procedit cōsulēdo.qꝛ hoc magis vrget ꝙ̄ alia.qꝛ ꝯ responsionē predictā facit qm̄ nō sunt pares termini plena sede ⁊ vacante: nā plena sede cōsulēdo defert emolumētū archiepo conferenti doctoratū sede vero vacāte vicario capituli cōfert doctoratū ex speciali priuilegio capituli nō archiepiscopus nec alius in hoc succedēs loco archiepi: qꝛ in hoc cap.nō representat psonā archiepi.cū nō deuoluať ad ipsum hec ptās iure cōi: vt representat heres personā defuncti.nec cōsuetudo hoc casu nec ius defert hoc emolumentū vicario capituli nec alteri representāti archiepiscopum vel loco eius succedenti.vnde non videtur par rō.cogita.

¶ Summarium super consilio.cxi.

1 ¶ Summus potifex quando aliquid concedit contra ius commune non debet derogare contrarijs.ll.nu.2.

3 Ad hoc vt per secundas literas tollanť prime oportet ꝙ nedū de primis in secūdis fiat mētio sed opꝫ specialē mētionē haberi.nu.24.⁊.25.

4 Clausula supplentes in predictis omnes defectus.nu.6.

5 Licet donatio inter patrem ⁊ filiū non valeat tū si pater vult legibus derogare potest donare filio.

7 Generalis dispositio tantum operatur quo ad genus quātum specialis quo ad speciem.

8 Stipulationes pretorie ⁊ iudiciales iudicanť ſm mentem pretoris.

9 Quādo princeps remouet per modū priuilegij exceptiones in genere sufficit vt intelligantur reiecte etiam efficaces.

10 Ubi interuenit clausula ex certa scientia tūc non potest obijci qꝺ in genere fuerit derogatum.nu.12.⁊.13.⁊ nu.14.

11 Ubi sunt expressi aliqui defectus tunc sine dubio clausula generalis subsequens comprehendit omnes alios.

15 Ubi dispositio est conformis iuri cōi sufficit derogationē taliter esse factam quod satis sit ad derogandum iuri communi.

16 Ubi non agitur de preiudicio tertij nō requiritur singularis aut specialis clausula derogatoria.nu.23.

17 Quādo superior cassat consuetudines ⁊ statuta sufficit apponere clausulam generalem.

18 Ubi princeps rescribit contra ius cōe non tamē in preiudicium tertij valet rescriptum absqꝫ clausula non obstante.nu.21.⁊.nu.22.

19 Qn̄ certū est rescriptū emanasse de curia valet etiā si sit ꝯ ius.nu.20.

26 Ubi verba generalia derogatoria precedentium actuum sunt prolata ab eo qui specialiter derogare potuisset sufficit si sint ita prolata ꝙ innuant voluntatem derogantis.

27 Uerba extunc prout exnunc non obstantibus quibuscunqꝫ solennitatibus consuetis ⁊c.

28 Quando papa dicit assignamus tibi castrū cū plenitudine iuris ⁊c.

29 Modus ⁊ forma practicandi in casu isto.nu.30.

¶ Consilium.cxi.

¶ Quid operetur clausula supplentes de plenitudine potestatis omnem defectum ex certa scientia: ⁊ an requiratur alia clausula non obstāte: ⁊ in quibus casibus requiratur clausula non obstante ⁊ qualis esse debeat.



Domini redemptoris nostri inuocato suffragio.¶ Perspectis literis pspicuā fidē faciētibus de promotione infrascriptorū quatuor dominorū ad supremaꝫ cardinalatus.dignitatem hacten⁹ facta autoritate felicis recordationis ¶ Pauli pape secundi.⁊ sacri collegij reuerēdissimorū sacr.san.romane ecclesie cardinaliū vcꝫ de reuerēdis dn̄is Joā.archiepo strigonien.i vngaria ¶ Petro foscaro veneto sedis aplice ,ptonotario Jo.baptista de sabellis eiusdē sedis ,ptonotario ⁊ ferreco de cluniaco similiter sedis apo.protonotario.visaqꝫ extrauaganti quadā incipiente in eminenti ⁊c.dudū edita p e felicis recordationis eugenij quarti de vnanimi fratrū consilio ⁊ cōsensu sentio in dubium reuocari vtrū i dictis literis promotionis sit opportune dicte extrauagāti derogatum: item vtrū necessaria sit alia publicatio ⁊ receptio ⁊ assignatio titulorum ⁊ an in dictis literis sit suppletus defectus non traditi pilei non immissi anuli neqꝫ oris apertio: ⁊ que sint partes dictorum quatuor dominorum ad eorum votum consequendum.¶ Circa pri-

1 mum † videretur prima cōsideratione dicendum qꝺ lꝫ romanus pontifex quando aliquid cōtra ius cōe disponit legem vel constitutionē generalem condendo non habeat necesse derogare contrarijs legibus seu constitutionibus iuris cōis cū ea oīa in scrinio pectoris habere censeatur.c.j.de cōsti.in.vj.l.omnium.C.de testa.§.ea vero.insti.de iure naturali.tū secus est qn̄ alium particularē actū facit nō condendo legem generalē qꝛ tūc legibus cōtrariū facientibus derogare necesse est.l.nec damnosa.⁊.l.quoties.C.de preci.impe.offe.⁊.l.fi.⁊ ibi plene no.C.si cōtra ius vel vti.pu.c.nonnulli.de rescrip.⁊ ibi no.⁊.c.eā te.de eta.⁊ qua-

2 li. † ⁊ tātomagis extrauagāti cōstitutiōe predecessoris derogari oportet: qꝛ de ea probabilior non habetur ignorantia.l.cum prolatis cum ibi not.ff.de re iudi.⁊ in.c.pastoralis.cū ibi not.per doct.de fide.instr. ⁊ qꝺ no.Bar.in.l.omnes populi ad fi.ff.de iusti.⁊ iure.⁊ Bal.in.l.leges sacratissime.C.de legi.⁊ presertim cū in dicta extrauagāti sit clausula derogatoria ⁊ annullatiua eorū que in cōtrariū fierent: que plurimū operatur per ea q̄ habenť in.l.si quis in prin.testamenti.ff.de leg.iij.⁊ no.doc.in.d.l.nōnulli.⁊ in.d.l.fi.C.si cōtra ius.⁊ in.l.j.ff.de libe.⁊ posthu.cū igiť in literis dicte promotionis nō sit derogatum dicte extrauagāti nō vr̄ promotionē ipsam valuisse ⁊ ꝙ̄uis actus dicte promotionis celebratus fuisset ab ignorantibus tenorē dicte extrauagantis non per hoc tū dꝫ censeri validus per not.per gloss.no.in cle.nolentes in prin.in verbo exnunc.de hereti.vt etiam specialiter in dicta extraua-

3 ganti exprimitur.¶ Cōfirmanť predicta.† qꝛ videmus qꝺ ad hoc vt per scđas literas tollantur prime opꝫ nedum de primis in scđis mentionem haberi verum etiam specialem de primis mētionem fieri.c.bone.de cōfir.vti vel inuti.⁊ probať in.c.ij.de do.⁊ cōtu.bene facit text.in c.ex literis.de offici.dele.vbi tex.requirere videtur qꝺ in secūdis literis fiat expressa mentio primarū.ita etiā habetur in.c.in nostra.de rescrip.Quinimo nō solū in secūdis literis dꝫ de primis mentio fieri verū etiā si in ipsis primis literis aliq̄ notabilis cl'a cōtineret oporteret de ea mentionē fieri vt pbari videť in.c.ex cōquestione.de restit.spo.et ibi no.do.vbi per hoc dicunt qꝺ si in primis literis est adiecta clausula appellatione remota qꝺ nō sufficit in secūdis literis fieri mētionem de primis nisi etiam de dicta cl'a mentio fiat ita etiā no.Ant.de bu.in c.ceterū.de rescri.sed in dicta extrauaganti cōtineť clausula nō obstante in forma latissima et qꝺ sn̄iam excōicationis incurrāt illi qui auxiliū vel ꝯsilium dederint ei qui nō seruata forma dicte extrauagantis pronuntiatus fuisset Cardinalis et pertinaciter se cardinalē noīare auderet a qua sn̄ia excōicationis non possit ab alio ꝙ̄ a romano pōti.nisi in mortis articulo absolutionis bn̄ficiū obtinere de qua clausula nulla est facta mentio i literis dicte promotionis.¶ Tū istis non obstātib⁹ ꝯrium puto esse in proposita cōsultatiōe de iure verius maxime ex in-

4 frascriptis.qꝛ in actu † predicte promotionis fuit adiecta cl'a supplētes in predictis oēs defectus si qui forsan in predictis interuenissent quibus oībus autoritate appostolica ex certa scientia de plenitudine potestatis fuit derogatū: cōstat aūt ꝙ illa cl'a de plenitudine potestatis tollit oēs defectus q̄ essent inducti a iure positiuo lꝫ nō tollat illos qui essent de iure naturali inducti.c.illa quotidiana.de elec.c.j.de trāsac.⁊ vtrobiqꝫ not.doct.⁊ in cle.pastoralis.versi.ceterū.de re iudi.⁊ no.Spe.⁊ Jo.an.in tit.de lega.§.nūc ostendendum ver.xviij.⁊ do.Abb.

5 in.c.inter dilectos in.vj.col.de fide instr.bene facit qꝺ not.Bal.† in.c.j.§.item sacra.in.vij.col.in ti.de pace iura.fir.vbi voluit ꝙ lꝫ donatio facta a patre filio in potestate nō valeat.l.ij.C.de inof.dona.tamen si valēs legibus derogare donat filio suo i potestate ⁊ exprimit velle in illa donatione vti autoritate regia valebit donatio per id qꝺ habetur in.l.pe.C.de dona.inter vi.⁊ vxor.iuncta.l.bonorū.C.qui admitti ad

6 bo.pos.¶ Nec † ad hoc obstat si diceret ꝙ nō fuerunt specificati defectus ⁊ ita ꝙ illa clausula non trahitur ad defectus nō specificatos.ar.l.iiij.§.quesitum.ff.si quis cau.⁊.c.ex parte el.ij.cum glos.de offic.deleg.qꝛ īndeo ꝙ imo non requiriť defectus specificare vt euidenter ap-

7 paret ex verbis Jo.an.⁊ aliorum in.d.c.j.de transac.⁊ qꝛ † tantū operatur regulariter gn̄alis dispō quo ad genus quātū specialis quo ad speciem.l.si duo.ff.de admi.tutor.l.omnes.C.de prescript.xxx.anno.

8 ⁊ ibi hoc probatur.¶ Non obstat † id qꝺ habetur in.d.§.quesitū quia vt ibi concludunt docto.post.glos.in.l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acqui.heredi.est speciale ibi in stipulationibus iudicialibus et pretorijs que dijudicantur ſm mentem pretoris qui non patitur aliquem decipi.sub inuolucro verborum.¶ Non obstat id quod habetur in.d.

9 c.ex parte.† quia respondeo primo quod tex.ibi hoc non dicit sed potius contrarium ⁊ qꝺ vbi per modum priuilegij princeps remouet exceptiones in genere hoc sufficit vt intelligantur reiecte etiam efficaces.est tex.quem ad hoc ibi ponderat Bal.in.l.iij.§.si is pro quo.ff.

10 quod quisqꝫ iuris.Item respondeo † ꝙ vbi interuenit clausula ex certa scientia tunc non potest obijci qꝺ in genere fuerit derogatuꝫ vt per glo.in.d.§.si is pro quo.iuncto tex.⁊ est satis de mente glos.in.d.c.ex parte.⁊ expressius no.Jo.de imo.in.l.fi.in.ij.char.ff.a quibus appel.nō licet.⁊ in proposito fuit inserta clausula ex certa scientia.¶ Item

11 respondeo † quod vbi sunt expressi aliqui defectus tūc sine dubio clausula generalis subsequens comprehendit omnes alios etiam non specificatos.ita no.Hostie.⁊ Jo.an.in.d.c.ex parte per id quod habetur

in c. qui ad agendum. de procu. in. vi. et per no. in. d. §. quesitū. sed hic fuit fa. ta mētio de defectib9 solēnitatū scȝ cōsuetarū i assumptiōe car dinalium ergo sufficit postea alia generalis suppletio defectuū plus dixit do. Abba. in. d. c. ex pte qd qñ exceptiones essent inducte de iure positiuo sufficeret sola generalis derogatio p illūt er. non violando. sed huiusmodi defectus sunt de iure positiuo ergo ⁊c. ¶ Preterea vl tra dictā clausulā supplētes de plenitudine potestatis ⁊c. est apposi-
12 ta alia† clausula scȝ ex certa scientia q̄ etiā per se sola apposita in lite- ris circa gratiā ⁊ vbi non agit̄ de preiudicio tertij hȝ vim clausule nō obstāte. l. quidam consulebant. ff. de re iudi. l. idē vlpianus. ff. de excu. tuto. ⁊ ibi Bal. ⁊ no. glo. ⁊ doct. in. d. l. fi. C. si cōtra ius vel vti. pub. ⁊ in d. l. quot. C. de preci. impe. off. ⁊ in. l. eos. in prin. in verbo decisaȝ. ⁊ ibi Bal. C. de ap. ⁊ Archi. in. c. j. de cōsti. l. vj. ⁊ Jo. an. i. c. j. de exces. pla. in vj. in nouella ⁊ gl. fi. in cle. ij. de rescri. ⁊ in. c. porrecta. in. gl. iij. de con fir. vti. vel inuti. ⁊ clarius tradit istā doctrinā Bal. in pludijs feudorū in. xv. col. in ver. queritur an rex possit filiū suum constituere regem et Bal. in. c. naturales. in prin. ⁊ ibi etiā And. de iser. in tit. si de feu. fue. cōtro. inter do. ⁊ agna. ⁊ Bal. in. l. iij. §. si is pro quo in lec. antiq. ⁊ ibi moder. qd quisq̄ iur. ⁊ Bal. in. l. eam quam. C. de fideicom. in. xj. colū. in ver. interrogatus fui. ⁊ Jo. de imo. in. l. fi. in. vij. col. ff. a quibus ap. nō lȝ. in. d. l. quidā cōsulebant in. vij. col. ⁊ bene facit qd no. Inno. in. c. cā te. in prin. de eta. ⁊ quali. ⁊ glo. in. c. ex parte tua in glo. j. de offi. de- leg. ⁊ in. c. j. in verbo. noscat̄. de cōsti. in. vj. vnde dicit Bar. in consilio incipiente ciuitati camerini in scdo dubio q̄ qñ papa aliquid facit ex certa scientia: videtur omne obstaculum tollere: allegat. d. l. quidā con sulebant ⁊. d. l. idē vlp. ⁊ id qd no. in. d. l. eos in prin. ⁊ p allegatā. l. bo norum in prin. ¶ Nec ad hoc obstat si diceretur qd clausula ex certa scientia non operatur in his in quibus papa presumitur habere igno- rantiam vt no. Bal. in. l. fin. C. sen. rescin. non pos. sed de extrauaganti non presumitur haberi scientia nisi aliter appareat per ea que habent̄ in. d. c. pastoralis. de fide instru. cū ibi no. per doc. ⁊ in. d. l. cū prolatis
13 cū concord. supra allegatis q2 † respondeo qd in proposito paria sunt papā habuisse scientiam qd illud qd ipse disponebat erat cōtra dictā extrauagantē. ⁊ sic de hoc in specie cogitasse vel ipsum de hoc in gene re cogitasse sed q̄ esse poterat cōtra aliquā legem vel constitutionem ⁊ nihilominus voluisse ita prouidere ⁊ disponere prout disposuit. l. q iure militari. ff. de test. mili. l. sub pretextu specierum. ⁊ ibi not. Cy. et Bar. ⁊ alij in prin. C. de transac. ⁊ l. tres fratres inducendo. vt ibi per Bald. in. ij. oppo. ff. de pac. ⁊ Barto. in. l. ij. C. de rescin. vendi. in vers. quero quid si minor iurauit non venire cōtra rōne minoris etatis ⁊c. ⁊ l. sciendū. ff. de verb. obli. ⁊ l. fi. ad fi. C. in quibus cau. in integ. restit. nō est neces. sed papa Paulus in proposito nostro saltē in genere cogita uit de hmōi extrauaganti aut alia qualibet cōstitutione per quam ap- parere posset aliquid esse qd obstare posset effectuali promotioni di- ctorum cardinaliū vt patet ex eo qd si qui essent defectus voluit illis esse derogatū de plenitudine potestatis ⁊ nō obstare qd solennitates in similibus consuete non interuenerint. ⁊ sic in genere de defectibus qui quomodocunq̄ interuenire potuissent apparet fuisse cogitatum.
14 ¶ † Accedit ad cōfirmationē predictorū q2 postq̄ apparet mētē pa- pe fuisse velle generaliter derogari impedimentis ⁊ obstaculis facili9 debet tolli illa specialis cōstitutio eugenij que in aliquibus repugnat dispositioni iuris communis q̄ etiam ipsum ius cōe. l. eius militis. §. militia missus. ff. de test. mili. in. §. quia vero verisimile in auc. de non alie. ⁊ no. Bal. in titu. de pace constan. in verbo libellariū ⁊ Ricar. et
15 Bar. de Sali. in dicta. l. final. C. si contra ius vel vtili. pub. † Quaten9 vero cōformis esset dispositioni iuris cōis sufficit derogationē taliter esse factam quod satis fit ad derogandū iuri communi per no. p glos. ⁊ doc. in dicto. c. in verbo cum fit. de consti. in. vj. ⁊ per docto. in. c. j. de rescrip. ⁊ Jo. an. in addi. Spe. in rub. de testa. in prin. ⁊ Bar. in. l. j. in prin. ff. ad. l. fal. ⁊ Bal. in. l. fi. C. que sit lon. cōsue. ⁊ in. l. ius ciuile. ff. de iusti. ⁊ iure. et ex dictis clausulis. s. ex certa scientia ⁊ de plenitudine po testatis per quas suppleuit ac derogauit ⁊c. est sufficienter derogatuȝ defectibus procedentibus a iure communi vel etiam a quocunq̄ iure positiuo vt dictum est supra. Et statim etiam apparebit in respōsio- ne ad allegata in cōtrarium ad q̄ q̄uis satis liquere possit responsio ex supradictis tamen specialius respondeo. ¶ Et dico in primis non obstare dū dicitur qd debuit derogari dicte extrauaganti quia respon deo intelligi fuisse derogatū per dictas clausulas ⁊ papam de ea saltē
16 in genere cogitasse vt probaui. ¶ Et confirmo † q̄ fȝ magis commu- nes ⁊ approbatas cōclusiones in proposito nostro quoniam nō agit̄ de preiudicio tertij nō requiritur singularis aut specialis clausula de- rogatoria sed sufficit generalis quia regulariter tantū operat̄ genera- lis dispositio quo ad genus quantū specialis quo ad speciem. l. si duo ff. de administra. tuto. l. omnes. C. de prescrip. xxx. anno. vel sufficit q̄ appareat romanum pontificem velle suam dispositionem valere quā- uis sit cōtra aliquod ius quo inspecto diceretur in actu esse defectus. secus quando nō apparet ipm velle cōtra ius disponere q2 non est ve- risimile eū velle tollere legem diu exagitatam. l. si qñ in princip. C. de inoffic. testa. c. ecclesia vestra. de elect. iuncta dicta. l. quidā consulebāt ⁊ dicta. l. idem vlpianus. ⁊ ad hoc optime facit. l. rescripta. C. de preci.

imper. off. ⁊ ita tenet Jaco. de ra. pe. ⁊ Cy. in dicta. l. fi. C. si contra ius vel vti. pu. ⁊ Jac. bu. in. l. prescriptione ad fi. eo. ti. ⁊ est de mente glos. in. l. imperialis. §. si miles. C. de nup. ⁊ in. l. j. C. de natu. libe. ⁊ in. l. si nō speciali. C. de testa. ⁊ firmat Alb. de rosa. in dicta. l. quot. de pci. imper. off. vbi dicit hanc esse cōem opi. ⁊ post opi. omnium relatas tenet hoc Joan. and. in dicto. c. j. de exces. prelato in. vj. in nouella vbi vult q̄ in omni materia si per verba derogatoria prolata generaliter apparet voluntas derogātis quod generaliter derogare voluit sufficiet lȝ ita apparet in proposito p dicta verba generalia qd si qui erant defectus voluit illis derogare ergo hec verba generaliter prolata generaliter
17 debent intelligi. ¶ Accedit † quod no. Bald. in auc. oēs peregrini. C. communia de succes. vbi dixit q̄ qñ superior cassat consuetudines et statuta sufficit apponere clausulam generalem licet nō apponat teno- rem statutorū qd dicit esse nota dignuȝ pro literis papalibus que ad
18 beneficia cōcedūtur. ¶ Plus dicit † expresse Jo. de platea in. l. j. C. de petitis bon. subla. lib. x. quod quando princeps rescribit cōtra ius nō tamen in preiudicium tertij valet rescriptum etiam absq̄ clausula non obstāte per dictā. l. rescripta. ⁊ per no. per gl. in. l. ij. C. de peti. bo. sub- la. lib. x. ita etiā est de mente Bar. in. d. l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. dum allegat dictam. l. idem vlp. vbi vult qd qñ rescribitur ad commo dum alicuius absq̄ preiudicio alterius non opȝ recurrere ad. q. qua queritur an requiratur clausula non obstante sed sufficit certa scientia
19 per dictam. l. idem vlpianus. ¶ Circa hoc † fortius dicit Anto. de bu. in. c. j. de rescrip. ⁊ dominicus in. c. j. de consti. in. vj. qd quando certum est rescriptum emanasse de curia valet etiam si sit contra ius q̄uis in eo non sit clausula derogatoria ad ius cōtra quod emanauit per id qd no. Hostien. in. c. cum olim essemus. de priuileg. ⁊ per no. per glo. in. c. vt debitus. de appella. saltem in his in quibus habet papa liberam administrationem vt ibi plenius per eos. ⁊ traditur per Pet. de an- cha. in consilio. cccxij. ¶ Sed illud quod fortius obstare videtur est q2 dicta extrauagans habet clausulam derogatoriā ad rescripta quo casu fm Bal. ⁊ Sali. in dicta. l. fi. C. si contra ius. ⁊ Anto. de bu. in c. j. de rescrip. ⁊ dominicum in. c. j. de constit. in. vj. videtur q̄ requiratur specialem mentionem fieri de ipsa constitutione per dictam. l. si quis in prin. testamenti. Plures ad hoc videntur dari posse responsiones vna Joan. mona. in dicto. c. j in glo. j. de consti. in. vj. ⁊ ibi Joan. an. in nouella ⁊ Ja. bu. in. l. prescriptione in fi. C. si contra ius vel vti. pub. q̄ illud procederet si ipsemet pontifex qui constitutionem illam fecit
20 rescriberet cōtra illam secus in successore † q2 ei non potuit predecessor legem imponere. c. innotuit. de elec. c. fi. in fi. ⁊ quod ibi no. de rescrip. in vj. est verum q̄ Ant. de bu. in. c. j. de rescrip. ⁊ Joan. de imo. in. d. c. nō nulli. istam opi. reprehendunt quia fm eos sequeretur q̄ in casu. d. c. nonnulli. non requireretur hodie per pontifices rescribentes deroga- ri specialiter illi decretali habēti clausulam derogatoriam ad rescri- pta tñ non probant ipsi hoc aliqua ratione vrgenti nec rñdent ad rō-
21 nem Jo. mo. ⁊ Jo. an. supra allegatam. ¶ Scdo modo potest † respon deri qd illud qd in contrarium allegatur posset procedere qñ papa re scriberet in preiudiciū alterius. nā tūc etiā si lex aliqua specialiter non derogasset tali rescripto requirebat̄ oīno generalis clausula non ob- stante. ppter regulā generalē iuriū dicētium generaliter qd rescripta talia ꝯ ius in preiudiciuȝ alterius non valent. d. l. rescripta. l. nec dam nosa. ⁊ l. quot. preallegata. vnde si per aliquam. l. specialem fit deroga tum specialiter rescripto in certo casu tunc vt valeat rescriptum requi ritur specialis clausula non obstante illa. l. sed qñ rescribitur non infe- rendo grande preiudiciū tertio tunc de iure communi talia rescripta etiam si sint contra ius nulla requirit clausula non obstante quia lex permittit tale rescriptū quāq̄ illud quod cōceditur sit cōtra ius in d. l. rescripta. ⁊ in. d. l. quoties. ⁊ ibi expresse doc. maxime moderni vt Pau. de ca. in. d. l. rescripta. ⁊ in. l. nec damnosa. co. ti. ⁊ dixi etiā supra vnde si modo in aliqua speciali constitutione reperiat̄ derogatū rescri pto impetrādo in certo casu in quo non tractat̄ de grandi preiudicio tertij vt in casu prouiso per dictā extrauagātē satis operat̄ dicta extra uagans isto casu q̄ vbi si nō fuisset per illā extrauagantē facta deroga tio ad rescripta nulla requireret̄ clausula non obstāte nūc propter di- ctam derogationem ad rescripta requireret̄ clausula generalis nō ob- stante vel equipollens ⁊ probat̄ per. l. j. cū glo. in verbo rescripti. C. de natur. libe. quā sequit̄ ibi Bal. ⁊ Ang. ⁊ Pe. de ancha. in cōsi. ccxxvj. ⁊ ita est de mēte Pau. de ca. in. d. l. rescripta. vbi dixit q̄ isto casu qñ non infertur grande preiudicium per rescriptum. ⁊ lex specialiter dero gabat tali rescripto requiret̄ clausula derogatoria vel ex certa sciētia vel motu proprio allegat. l. ij. C. si nup. ex rescrip ⁊ l. ij. C. de sum. tri. lȝ hic est adiecta clausula ex certa scientia. ⁊ etiam derogatio lȝ nō specia
22 lis. ¶ Plus voluit Jo. and. † in. d. c. nonnulli. ⁊ etiam Cy. in. d. l. fi. C. si contra ius q̄ etiā qñ papa rescribit ad preiudiciū tertij etiā si rescri- bat in casu in quo lex specialiter derogat rescripto vt in casu. d. c. nō- nulli. tñ si apparet scientia rescribētis illa sufficiat absq̄ alia clausula non obstāte. allegat id quod habetur in. c. si motu proprio. de preben. in. vj. ⁊ potest responderi ad. d. l. si quis in prin. testamenti vt respon- dent Ja. de ra. Pe. ⁊ Cy. i. d. l. fi. C. si contra ius q̄ ibi loquitur in te- statore qui deponit ad vtilitatem suā. ⁊ ideo sibi imputet cum aperti9 potuerit

potuerit loqui ⁊ voluntatē suā ostendere ⁊ aliud est in principe q non
disponit ad vtilitatē suā sed subditorū vnde modo nō est sic sibi impu
tandum si non loquatur apertius.ar.l.veteribus.ff.de pac.¶ Et ita
23 etiam† voluit Bal.in.l.humanum.C.de legi.vbi eleganter in propo-
sito inquit secut⁹ Cy.quod in principe sufficiat reuocatio ⁊ derogatio
generalis facta dispositioni precedenti que prohibebat scdām dispo
sitionem fieri illi prime cōtrariā.allegat.l.omnes.§.4.C.de prescrip.
xxx.anno.⁊ cle.eos de sepul.⁊ dicit quod ita videtur tenere gl.in.l.im-
periales.C.de nup.⁊ ꝙ ita seruat curia romana ⁊ rñdet ad.d.l.si quis
24 in prin.testamenti.prout proxime dixi ita etiā est† de mēte sede.de se
nis in cōsilio.xlvij.incipiente habita super casu predicta collatiōe cō
uenienti vbi dixit qđ lꝫ ꝑm priuilegiū non tollat primū nisi in secūdo
fiat mentio de primo ⁊ eius derogatorijs vt legit ⁊ no.in.c.veniens.de
prescrip.⁊ in.c.j.de rescri.⁊.xxviij.q.ij.in summa.tñ sufficit generalis
derogatio qꝛ dicit ipse videmus ꝙ per sufficientia generalis remora-
toria posita in lege vel canone vel aliquo priuilegio derogatur specia
libus priuilegijs quātuncūqꝫ habentibus speciales clausulas dero-
gatorias ad futura vt patet in.c.qꝛ sepe.de elec.i.vj.in.c.alma.de sen.
excom.in.vj.c.vt officium post medium.de here.co.lib.⁊ in cle.j.⁊.ij.§.
25 nos etenim.de sepul.¶ Non obstat† etiam dum dicebat ꝙ ad hoc vt
per scdās literas tollantur prime opꝫ de primis specialē mētionē fie-
ri quia respondeo qđ imo sufficit generalē de eis mentionē fieri.c.cau
sam que el.ij.de iudi.c.audita.de resti.spo.⁊ ita videt resīdere Hosti.
in.d.c.ij.de do.⁊ contu.⁊ etiā Jo.an.ibi dum dicit ꝙ potest responde
ri ad.d.c.ij.de dolo.⁊ cōtu.ꝙ nec etiam in genere facta erat mentio de
primis literis ita etiam est de mente Jo.an.in.c.j.de exces.prela.in.vj.
in nouella cuius verba retuli supra:nec oportuit de aliqua alia clausu-
la fieri specialem mentionē nisi qñ appareret illā clausulam fuisse ta-
lem ꝙ si papa paulus de illa habuisset noticiam verisimiliter contra
rium non disposuisset ꝑm do.Abb.i.d.c.ij.de do.⁊ cōtu.⁊.c.ex cōque-
stiōe.de resti.spo.arg.c.super literis.⁊.c.postulasti de rescrip.¶ His
26 bene consonat† id qđ dixit Pau.de liaꝫ.i cle.j.de sepu.vbi voluit ꝙ
quando verba generalia derogatoria precedentiū actuum sunt prola-
ta ab eo qui specialiter derogare potuisset sufficiant si sunt ita prolata
ꝙ innuant voluntatē derogantis esse talem ⁊ hoc dicit esse verum tam
in contractibus q̄ꝫ in priuilegijs rescriptis ⁊ cōstitutionibus allegat
d.c.qꝛ sepe.⁊.d.c.alma.⁊.c.si motu proprio.de preben.in.vj.ꝙ autem
verba apposita in dictis literis promotionum innuant voluntatē pa
pe fuisse talem ptꝫ ex illis clausulis per quas de plenitudine potesta-
tis tex.certa scientia derogatur defectibus si qui essent ⁊ suppleuit so-
lennitates cōsuetas vt est dictū supra.¶ Ex predictis infero non fo-
re necessariā aliam publicationē ⁊ receptionē eorum nec titulorum assi
gnationem qꝛ in dictis literis expresse cautū est ꝙ in casu quo seque-
retur mors prefati dñi Pauli romani pōtificis immediate ⁊ eo mo-
mento intelligerētur publicati ipsi quatuor domini Cardinales quos
collegium dominorum cardinalium dixit exnunc in cardinales et fra-
tres recipere prout extunc ⁊ extunc prout exnunc non obstantibus q-
27 buscunqꝫ solennitatibus consuetis ⁊c.que† verba operantur vt ex die
mortis predicte intelligatur retro facta publicatio vt in cle.j.cum ibi
not.de conces.preben.⁊ in.c.dudum.⁊ ibi expresse not.Archi.⁊ Joan.
an.in nouella de preben.in.vj.l.lecta.ff.si cer.pe.l.si ita stipulatus fue-
ro si titius.in prin.⁊ ibi Bar.ff.de ver.ob.⁊.l.huiusmodi.co.ti.⁊ ibi di
cit Ang.⁊ alij post eum ꝙ dicta verba.s.exnunc prout extunc ⁊ extunc
prout exnunc operantur vt ex quolibet dictorum temporum possit di
ci quod actus ⁊ dispositio sumat effectum pro quo allegāt glos.in.l.j.
C.de codi.⁊ tex.cū glo.in cle.j.in verbo extunc de iure patr.⁊ cle.si.de
sepul.⁊.l.cum quidam.in prin.ff.de vsur.⁊ in aut.credētes.C.de here.
no.etiam docto.in.c.preterea.el.ij.de appel.nam qñ dico exnūc prout
extunc presens trahitur ad futurum ⁊ quando dico extunc prout ex-
nunc futurum trahitur ad presens ita inquit Bal.in aut.cōtra roga-
tus.in prin.per illum tex.C.ad treb.⁊ no.Bal.in.c.j.de mili.vas.q cō
tu.est.⁊ in.d.l.lecta.i.j.col.⁊ in.l.gallus.§.nūc de lege.ff.de lib.⁊ post-
hu.⁊ Ang.in ea.l.in prin.per illū tex.cuꝫ gl.⁊ in.d.l.j.C.de iud.Pro-
missumqꝫ fuit tpe promotionis dictis dominis quatuor assumptis de
titulis suis vt in dictis literis promotionis apparet vnde alia nō est
necessaria titulorum assignatio licet talis assignatio tunc non fuisset
necessaria vt no.Hosti.⁊ Jo.an.in.c.ad deliberādū.de iude.¶ Per
predictas literas promotionis etiam apparet fuisse suppletos defe-
ctus non traditi pilei non immissi anuli nec oris aperti:qꝛ papa vo-
luit supplere omnes defectus si qui essent ⁊ derogare omnibus solen-
nitatibus consuetis ⁊ similibus ꝙ facere potuit eo modo quo fecit cū
sint defectus iuris positiui:vt.s.fuit ostensum dum discussi de virtute
illius clausule supplentes omnem defectum ex plenitudine potestatis
ex certa scientia ⁊c.per que intelligitur derogatū his que prouisa erāt
28 per dictā extrauangantē vt superius ostensum esse puto.¶ † Accedit
ad confirmationē premissorum id quod no.Bal.in.c.j.in princi.in.ij.
col.in ti.quid sit inuesti.in vsibus feudorū.vbi voluit ꝙ si papa dixit
assignamus tibi castrum cuꝫ plenitudine iuris vel p alia verba equi-
pollentia non erit necessaria alia possessio facti quia apud papam est
plenitudo supreme possessionis ⁊ suprema potestas.allegat id quod
no.xvj.q.v.volumus.⁊ ar.c.capitulum sancte crucis.de rescri.⁊ id qđ
no.Archi.in.c.si clericus.de preben.in.vj.⁊ idē in effectu voluit Bal.
in.c.si.de noua forma fidelitatis.⁊ Bal.in.c.ad audiētiam.de prescri.
29 ⁊ Angel.in.l.officium.ff.de rei vendi.¶ Modus † autem tenendus
per dictos dominos:vt.s.promotos esse videtur ꝙ coram superiore
narrent ea que gesta sunt asserātqꝫ a peritissimis eis esse cōsultum di
ctam promotionem valere necnon eos intelligi etiam legitime promo
tos ad predictam dignitatem ⁊ officium:⁊ eos vt cardinales esse in o-
mnibus ⁊ per omnia habendos ⁊ tractādos.Quare petunt super hoc
iustitiam ministrari omni meliori modo via iure ⁊ forma quibus ma-
gis ⁊ melius fieri potest cū protestatione ꝙ predicta dicunt ac fieri pe-
30 tunt si ⁊ inquātum eis de iure liceat † ⁊ non aliter nec alio modo.nam
per huiusmodi protestationem factam cum huiusmodi clausula in o-
mnem euentum sunt tuti a pena de qua in dicta extrauaganti vt nota-
biliter traditur per Bal.in.c.j.§.final.in vlti.colum.in titu.que fue-
rit prima causa benefi.amit.per id quod in simili not.gloss.in.l.si qui-
dem.C.de except.⁊ no.do.Abb.in.c.si.de feu.⁊ ego etiā sub eadē pro-
testatione ita dico ⁊ consulo.

¶ Summarium super consilio.cxiij.

1 ☞ Verba instrumenti enuntiatiua probant contra eum cum quo cō-
fectum est instrumētum.
2 Relatiuum que ⁊ relatiuum ea facit relationem precedētis ⁊ antecedē
tis cum omnibus suis qualitatibus.
3 Ubi aliquis fatetur talia bona fuisse apud talē ille qualitates impor-
tant dicta bona fuisse in dominio vel quasi.
4 Ex detentione presumitur possessio.
5 Quando omnia bona debitoris sunt obligata creditori ⁊ debitor pos-
sidebat rē si eā nō desijt possidere quāuis reperiantur per alium deti-
neri per hypothecariam adiudicabitur aduersūs possidentem.nu.7.
6 Licet bona sint deposita ⁊ in sequestrum posita tamen quis non desijt
possidere.nu.8.
9 Possessor presumitur bonefidei quando antiquior possessor contra-
rium non allegat.
10 Ad hoc vt bona de quibus in casu potuerint hypothecari ⁊ obligari
per Joannem picinum debet apparere quod essent pignori obliga-
ta dicto Joanni.
11 Conductor dicitur per colonum vel inquilinū possidere naturaliter.
12 Non sufficit dicere ꝙ bona mobilia que sunt in domo sijt de fratribus
cuius est domus nisi se referant ad qualitates ⁊ demonstrationes.
13 Probatio de auditu non releuat.
14 Ad hoc vt bona probentur fuisse alicuius requiritur quod testes etiā
non interrogati reddant rationem.
15 Ad hoc vt ex mutuo ⁊ receptione pignoris sit acquisita aliqua actio
dictis de medicis requiritur qđ appareat qđ nomine dictorū de me-
dicis mutuauerit.nu.16.⁊ nu.17.

¶ Consilium.cxiij.

¶ An creditori habēti obligata bona debitoris sufficiat probare qđ
illa bona possidebantur per debitorem ⁊ quid habeat necesse probare
aduersarius volens in hoc excludere creditorem ⁊ an sufficiat quod
aduersarius probet debitorem fuisse confessum bona fuisse non sua sꝫ
istius rei conuenti ⁊ mutuasse de pecunia mea ⁊ p tali mutuo recepisse
pig.vt sit mihi aliqua actio quesita ⁊ an presumat te mutuasse nomine
meo saltem si hoc tibi mandaui.



Edemptoris nostri inuo
cato suffragio viso quodam instrumento descriptio-
nis bonorūꝫ facte per ser Jo.de belinzona ⁊ visis nō-
nullis attestationib⁹ testium tam receptorum in fauo
rem domini Georgij de grassis q̄ꝫ etiā in fauorem
Francisci ⁊ fratrum de medicis.queritur vtrū stante ꝙ dñs Georgi⁹
esset creditor dicti Joannis picini ⁊ haberet obligata omnia bona et
iura dicti testatoris possit consequi creditum suum super dictis bonis
de quibus in descriptione predicta ⁊ puto quod sic.Ad quod ostēdē-
dū presuppono ꝙ dicti de medicis non possunt negare qđ dicta bona
in dicta descriptione contenta non fuerūt reperta in domo habitatio-
nis dicti Joannis ⁊ penes ipsum quia hoc probatur per instrumen-
tum dicte descriptionis ⁊ consignationis facte per dictum ser Joannē
de belinzona penes dictos de medicis promittentes ea restituere cui
1 vel quibus venient de iure restituēda.nā† verba dicti instrumenti etiā
si enuntiatiua sint probant contra eum cum quo confectum est dictum
instrumentum.l.optimam.C.de contrahen.⁊ commit.stipul.l.quidā.
ff.de proba.l.publia.§.final.ff.depo si.nam cum in principio dicte de-
scriptionis sit narratum dicta bona esse de bonis dicti Joannis seu
penes eum existentibus ⁊ receptis in dicta domo habitationis eiusdē.
et postea subiungitur que quidem bona fuerūt reposita penes dictos
de medicis confitentes se ea habere ⁊ promittentes ea restituere ⁊c.il-
2 lud.† relatiuum que et illud relatiuum ea:facit relationem precedētis
seu antecedētis cū oībus suis qualitatibus vt declarat Bar.ff.de le.
ij.in.l.si quis seruum.§.si.in ver.sed quero testator reliquit aliā partē
bonorum ⁊c.per.l.a filio.§.testator cum seq.ff.de ali.⁊ ciba.leg.et not.

etiā Bar.in.l.j.in prin.ff.de receptator.⁊ in.l.j.in fi.ff. si familia fur.
3 fe.dicat.⁊ sic† videtur dicti de medicis fateri bona illa fuisse de bonis
dicti Joānis seu penes eū existentibus ⁊ in domo habitatiōis eiusdē
repertis q̄ qualitates importāt dicta bona fuisse in dominio vel qua-
si dicti Joannis seu ab eo possessa.l.ij.§.in locū.ff.de relig.⁊ sump.fu.
4 l.bonorum appel.§.in bonis ⁊.l.penes.ff.de ver.sig.⁊ dato† ꝙ refer-
rent etiā ad bona que detinebātur per dictū Joannē tñ ex detentione
presumitur possessio vt no.gl.vij.q.j.pontifices.⁊ colligit ex no.p gl.
in.l.ob maritorū.C.ne vxor pro marito.quā ad hoc allegat Ang.in.l.
qui vias.§.j.ff.de dā.infec.⁊ not.Inn.in.c.cū olim.de priuileg.⁊ Jo.
an.in.c.ij.vt lite pen.⁊ Pau.de liaza.in cōmēto.c.in literis.in.ij.col.
de resti.spolia.⁊ Bal.in ti.de pace ꝯstā.in verbo recuperauerat quo
quo mō ⁊ i.d.l.ij.in.v.col.C.vbi in rem actio.⁊ in sua disputatione in-
cipiente accusatus de vi turbatiua in pe.col.⁊ est de mente Bart.in.l.
stipulatio ista.§.hoc quoqꝫ post gl.ff.de verb.oblig.⁊ Jo.de imola in
l.a diuo pio.§.si super.ff.de re iudi.⁊ ad cōfirmationē eorū que probā-
tur per dictū instrm̄ adducte sunt etiam probationes facte per testes
emp.⁊ in.l.titius filijs.ff.de excusa.tuto.⁊ in.l.non dubium in.ij.char.
C.de legi.Hoc tñ non pono pro cōstāti nisi primo mihi exhibeanť co⸗
pie priuilegiorum.¶ Circa scōm de interdicto facto rōne pestis.duz
dicitur qō dñs potuisset illud facere absqȝ restauro rñdeť qō non ex⸗
pedit de hoc disceptare:qȝ in ꝯtu conditionis iuxta capituluz in quo
3 ꝯrium expresse cautum est ⁊ etiā de iure cōi illud est:qȝ † si pnceps vult
ad commodū publice vtilitatis auferre ius priuati dz euz restaurare:
vt per Joan.and.in ti.de execu.senten.super Rubr.in fi.⁊ per Bart.
in.l.fi.§.fi.ff.de pig.act.cum concor.¶ In quantū autez dicitur quod
mercatores in veritate potuerunt ire et redire Mutinam et ad alia
loca ⁊ qō non fuit alicui interdictū ⁊c.Ad hoc respondetur qō extant

interdicta generalia ex ꝑte Illustrissimi principis. ⁊ si qs velit dicere
qꝺ mercatores potuerunt transire hoc ꝓbet. nã putãdũ est qꝺ ꝑpter
dictas notorias prohibitiones: ⁊ interdicta penalia mercatores effecti
4 sunt timidiores in mercando ⁊ transeũdo ꝑ illa loca: q̃r † talia ordina-
menta inferũt iustũ timorẽ vt inquit Barto. in. l. creditor. in fi. princi-
5 pij. cũ cõcor. ff. de solu. ¶ Nec obstat † aggredi id qꝺ not. Bal. i. l. lꝫ i. ij.
q. C. loca. vbi dicit ꝙ si qs cõduxit pedagiũ a cõi ⁊ accidat qꝺ propter
mortalitatẽ ꝑsone nõ trãseãt qꝺ ꝑpter hoc non dꝫ fieri remissio mer-
cedis. ⁊ per Bar. in. l. cotẽ. §. qui maximos. ⁊ Bal. in. l. si ea lege. C. de
vsur. q̃r illa ꝓcederẽt vbi de hoc nõ esset specifice cõuentum inter con-
trahentes. Itẽ illud posset procedere qñ pestis superuenisset ⁊ dñs nõ
ꝓhibuisset nec interdixisset aditum ad loca dicte cõducte que loca non
erãt infecta peste. nã tũc ꝑpter dictã ꝓhibitionẽ ⁊ factũ locatoris be-
ne dꝫ fieri remissio: vt ꝑ Bar. in. d. §. qui maximos in. ij. col. in ver. ad
vnum volo te solicite ⁊c. ⁊ Bal. in. d. l. si ea lege. per iura allegata per
eos: ergo in proposito dꝫ fieri restaurũ ꝓ rata dãni qꝺ ꝓbabit. ¶ Cir-
6 ca tertiũ † de impedimẽto illato conductoribus ꝓdictis propter refe-
ctionem cluse: non puto esse dubiũ qꝺ eis non debeat fieri restaurũ seu
remissio mercedis. nã aut tale impedimentũ refectionis nõ fuit neces-
sarium. ⁊ tũc locator tenet nõ solũ remittere pẽsionẽ pro ratã tẽporis
sed etiã tenet ad omne interesse cõductoris: aut illa refectio fuit necessa-
ria. ⁊ tũc tenet locator ad remissionem pensionis pro rata tp̃is. de hoc
sunt casus aperti. in. l. qui insulã in prin. ⁊ in. l. ⁊ hec distinctio. in prin.
iuncta. l. precedẽti. ff. loca. no. glo. in. l. si duo. §. cum inquilinus in ver-
bo testari. ff. vti possi. ¶ Nec dicatur qꝺ mercatores interiꝫ steterũt in
suspenso ⁊ qꝺ non possint transire ꝑ alia loca. ⁊c. q̃r ad hoc rñdeo put
dixit iurisconsultus in. l. naturalẽ. §. i. ff. de acqui. re. do. ibi dũ dicit ple-
riq; nõ aliter putauerũt eam nostrã esse quã si eã ceperimus q̃r multa
accidere solẽt vt eã non capiamus qꝺ verius est ⁊c. ⁊ ꝑ id qꝺ dicit tex.
cũ gl. i. in. l. cũ hi in prin. ff. de trãs. nã vt videmus: deficiente opportu-
nitate aliquo tp̃is momento ꝑsepe hoĩes postea varijs de causis desi-
stunt ⁊ ad alia se vertunt vt docet experientia que est efficax rerũ ma-
gistra. c. quam sit. de elec. in. vi. ⁊ ad hoc in facto etiam cõductores assi-
gnabant probabiles causas que satis tamen de se note sunt.

¶ Summarium super consilio. clij.

1 Petitio hereditatis nunq̃ cõpetit heredi ad rem aliquam quã
vllo tempore post mortem testantis possedisset.
2 Verbum inuenire dicitur quando realiter apprehenditur.
3 In petitione hereditatis concludendum est pronunciari et declarari
agentem esse heredem.
4 Petitio hereditatis in rem scripta datur nisi contra possidentem pro
herede vel pro possessore.
5 Quando est inepta petitio sententia dicitur nulla.
6 Donatio inter virum ⁊ vxorem est prohibita.
7 Constitutio precarij traditionem operatur.
8 Qñ in donatione fit mentio mortis dicitur donatio cã mortis. ⁊ nu. 9.
10 Omne id qꝺ relinquintur pro anima dicitur ad pias causas.
11 Fauore militũ ⁊ pie cause põt hereditas inter viuos in aliquẽ cõferri.
12 Dispositio facta in terris ecclesie sufficit si fiat in presentia presbyteri
cum duobus testibus.

¶ Consilium. clij.



In causa ⁊ lite vertente co-
ram dominis arbitris ⁊ arbitratis ⁊c. inter Tonium
quondam Guidonis de torancllo et ser Nicolaum de
quintauallis de monte catone eius procurat. ex vna ꝑte
agentem. ⁊ dñam Catharinã quondã Petri falzoli et
ser Ludouicũ de guastonibus eius procur. ex alia se defendẽtes. Duo
principalr̃ sunt attendenda. primũ vtrũ libellus sit rite ⁊ apte forma-
tus ita ⁊ taliter qꝺ iunctis cũ eo probationibus in cã factis sequi pos-
sit sup eo apta sñia. ¶ Scdo vtrũ presupposito sine preiudicio quod
ex narratis ⁊ deductis in libello resultet ius agendi: an ex actitatis in
presenti processu sequi debeat sñia cõdemnatoria vel absolutoria dif-
finitiue. ¶ Quo ad primum qꝺ ex narratis ⁊ deductis in libello non
resultet ius agendi dicto Tonio ⁊ minus apte libellatũ sit compluri-
bus ostenditur. ⁊ primo presuppono ꝙ agẽs in hoc iudicio intentare
intẽdit petitionẽ hereditatis vt ipsemet attestat in prima replicatio-
ne sua cui assertioni standum est. l. cũ precũ. de libe. cã. ⁊ que habentur
1 de iudi. in. c. dilecti. ⁊. ff. de edẽ. in. l. i. cũ ibi not. ¶ † Hoc premisso sub-
do qꝺ petitio hereditatis nunq̃ cõpetit heredi ad rem aliquam quam
ipse vllo tp̃e post mortem testantis possedisset. vt no. glo. in. c. i. de cõ-
fessis in. vi. ⁊ gl. ⁊ ibi hoc Barto. ⁊ doc. in. l. nec interest. ff. de fideicom.
heredi. peti. ⁊ huius est ratio q̃r res apprehensa per heredẽ adita he-
reditate incontinenti desinit esse hr̃ditaria. Sed postea dicitur res he-
redis: vt no. glo. ⁊ doc. in. l. i. §. veteres. ff. de acqui. pos. ⁊. ff. de acquirẽ.
here. in. l. hr̃s per seruum ⁊ de vulg. ⁊ pupil. in. l. sed si plures. §. filio
⁊ qꝺ no. Bal. in. l. ⁊ si nõ lex. §. pe. ff. de here. institu. Sed in casu no-
stro dictus Tonius assertus hr̃s fatetur in libello se hereditateꝫ ber-
ti quaꝫ petit adiuisse ⁊ possessionem dictarum rerum adeptũ fuisse vt
statim probabitur. ergo ei nullo modo põt competere petitio heredi.

¶ Qꝺ apprehenderit possessionem dictarum rerũ dupliciter cõpro-
bat. primo dum narrat in libello se in hr̃ditate dicti Berti inuenis-
2 se dicta bona ⁊c. sed inuenire † non dicitur nisi realiter apprehendat vt
est tex. no. ⁊ ibi. doc. C. de fideius. in. l. si barsatoram. no. Bal. in. l. item
lapilli. ff. de rerum di. no. Bar. in. l. nunq̃ nuda. §. thesaurus. de acqr.
re. do. ⁊ in. l. j. in prin. in ver. iij. principaliter. de acqui. pos. Cy. in. l. lꝫ
C. eo. ti. Ang. ⁊ do. Jo. in. l. iij. §. neratius. ff. de acqui. pos. ¶ Scdo ꝓ-
batur dũ in narratione ⁊ clarius in conclusione libelli dr̃ dictũ Toniũ
fuisse spoliatũ possessione rerũ predictarũ sꝫ certũ est ꝙ ꝓuatio ⁊ spo-
latio presupponit habitũ. l. decem. de v̄. ob. ⁊. C. de testi. aut. si dicat cũ
vulga. igit ex hoc capite, ẽt de se solo cõcludit ꝯ iuris formã petitionẽ
3 esse formatam. ¶ Scdo q̃r † in petitione hereditatis ⁊ in eius conclu-
sione concludendũ est primo ꝓnunciari ⁊ declarari agentẽ hr̃dem esse
vt no. Bar. post glo. ff. de eden. in. l. j. in prin. in. l. iij. ⁊ in. l. lꝫ. ff. de pe.
here. glo. ⁊ do. de libel. obla. in. c. ij. qꝺ hic minime conclusum extat in
4 libello. ¶ Tertio. nã † certum est petitionem hr̃ditatis que in rẽ scri-
pta est. l. sed si lege. §. petitio. de peti. here. ⁊. l. hr̃di. C. eo. ti. non datur
nisi ꝯ possidentem qui pro hr̃de vel pro possessore possideat. l. regulã
l. licet ⁊. l. nec vllam. §. is aũt. ff. de peti. heredi. cũ simi. sed in presenti
iudicio non est probatũ vllo probandi genere dictã dñaꝫ Catharinaꝫ
possidere. Sed hñ fatetur ipsa in positionibus positiõe. xl. deductum
tenere. ergo frustra intentatum est iudicium ⁊ ꝑfecto inconsulte ꝯ di-
ctam dñam Catharinam nõ possidentẽ maxime tempore litis inchoa-
te ꝓut de iure requiritur qꝺ aptissime etiam cõfitet actor ꝓdict⁹ in rñ-
sione facta positionibus productis ꝑ dictũ ser Ludouicum positione
xliiij. xlv. ⁊. xlvj. nulla igitur magis efficax est probatio q̃ ipsa confes-
sio. C. de trans. l. cũ te quomodo igit poterit dicta dña Catharina con-
demnari ad restõnem eius qꝺ minime tꝫ ⁊ possidet ⁊ neq; dolo possi-
dere desijt: vt minime probatum est: certe nullo modo. l. qui restituere
⁊. l. qui petitorio. ff. de rei vẽdi. nec videtur se liti obtulisse cũ nũq̃ fue-
rit interrogata an possideret: imo semper absq; interrogatione nega-
tum fuit. ergo ꝯ reum sñia sequi non põt per id qꝺ legit. ⁊ no. in. l. si a
te. §. j. de excep. rei iudi. ⁊ in. l. is qui se obtulit. de rei vendi. no. Bald.
in. l. j. C. de alie. iudi. mu. ⁊ in. l. cogi. C. de pe. here. ⁊ cano. in. c. exami-
nata. de iudi. ¶ Ex his breuiter quo ad primum est satis apte cõclu-
sum rõne ineptitudinis libelli partes iudicis esse debere in absoluen-
do dictam dñaꝫ Catharinam seu eius ꝓcuratorẽ ab obseruatiõe ꝑsen-
tis iudicij ⁊ partẽ agẽtẽ in expensis cõdemnare iuxta ea que habentur
in. l. j. ff. si mens. fal. mo. dixe. ⁊. C. de eden. in. l. edita. de iud. in. c. exami-
5 nata. imo si alr̃ sñia ferret † super tali inepta petitione sñia dr̃ ipso iure
nulla ẜm glo. que non est alibi. insti. de obli. in prin. in glos. que incipit
istud: prout ipsam singulr̃ no. Bal. C. de re. cred. in. l. actori in fi. red-
dit eñ talis exceptio iudicium retro nulluꝫ: nec est opus qꝺ opponat
c. cum dilecti. de emp. ⁊ ven. l. si patronus libertã vbi Guil. de cu. ff. de
iureiur. no. Bald. in aut. si quis. de epi. aud. ⁊ in. l. j. C. vt que desunt
aduo. ⁊ in. l. licet. C. de ꝓcur. post But. ¶ Ad scdm veꝫ an presuppo-
sito sine preiudicio qꝺ ex deductis in libello resultet ius agendi vtrum
ex actitatis in presenti processu sequi debeat sñia cõdẽnatoria vel ab-
solutoria diffinitiue. Et certe in hoc non vr̃ insistendum in sermoni-
bus cum res non egeat longa disceptatione. Et primo presuppono ꝙ
iste Tonius agens qui fuit filius Guidonis erat nepos dicto Berto
ex fratre cui Tonio in bonis ⁊ hereditate Berti eius patrui nulla de
necessitate debetur ltĩma ex testõ neq; abintestato per ea que habentur
C. de inof. testa. in. l. fratris ⁊ fratres. ⁊. ff. eo. ti. in. l. j. nisi quoties ab-
intestato proximor esset in gradu quo casu ad vniuersam heredita-
tem ex dispõne legis. xij. tabularuꝫ admitteret. C. de suis ⁊ legi. in aut.
cessante. ⁊ in cor. vnde sumit: sꝫ in casu proposito nihil hꝫ releuare pro-
ximioritas gradus dicti Tonij stante instr̃o facto inter dictum Ber-
tum ⁊ Catharinam coniuges de anno dñi. Mccccxxix. scripto ⁊ roga-
to per ser Joannẽ quõdaꝫ Tioni de turicla publicũ notarium ⁊ stan-
tibus etiã publicatis attestationibus in cã factis in quo ⁊ quibus ex-
presse cauetur ꝙ dictus Bert⁹ oĩa bona sua ⁊ vice versa dicta dña Ca-
tharina oĩa sua bona adinuicem promiserunt insimul tenere custodire
⁊ gubernare ⁊ saluare toto tp̃e eorum vite ⁊ vno ipsorum mortuo al-
ter superuiuens possit ⁊ valeat dispensare pro anima vtriusq; ipsoruꝫ
cum pactis clausulis ⁊ cõuentionibus de quibus latius in dicto instr̃o
cõtinetur. Quo instr̃o celebrato cõtingit dictũ Bertũ intestatũ ⁊ sine
liberis decedere ⁊ per ꝯñs euenit casus quo bona dicti Berti ꝯsolida-
ta fuerunt in dictaꝫ dñam Catharinam cum onere dispensandi: vt. s.
6 ¶ Nec ad hoc † obstat si diceretur dictum instr̃m non tenuisse: eo q̃r
sapit naturam donationis inter virum ⁊ vxoreꝫ que est de iure prohi-
bita. Rñdeo primo q̃r donatio inter virum ⁊ vxorẽ cõstante matrimo-
nio validatur iuramento in ꝯtu apposito vt firmauit Bart. ff. de fide-
iusso. in. l. si quis pro eo in fi. prin. ⁊ in. l. seius ⁊ augerius ad. l. fal. ⁊
idem Guil. de cu. in. l. sed si possessori. §. Item si iurauero. ff. de iure-
iur. ⁊ qꝺ no. Bald. ⁊ do. Jo. in. l. si quis inquilinos. §. fi. de leg. i. ⁊ lati⁹
per eũdẽ Imo. in cõmẽto. c. cũ cõtingat. de iureiu. ⁊ hec est cõis opi. ꝑ
qua etiaꝫ facit: q̃r donatio inter pr̃em ⁊ filium sit iure ꝓhibita. fallit tñ
nisi iuramentum interuenerit ẜm Bal. in. l. ij. C. pro donato. ¶ Scdo
rñdetur qꝺ hec donatio lꝫ ꝓhibita morte viri confirmat ⁊ retrotrahit

C.de do.inter virū ⁊ vxo.l.donationes quas.⁊.l.cū pater.§.pater filie
de leg.ij.maxime qn̄ traditio interuenit:vt.l.pap.ff.de do.inter vi.vel
si interueniat aliquid qd̄ loco traditionis vere vel ficte habeat:vt not.
7 glo.⁊ doc.in.l.qd̄ de suo.C.de dote cau.nō nu.⁊ in.d.l.pap.Sed† in ca
su proposito interuenit constitutio precarij que traditionem operat.l.
iul.§.ex vendito.de ac.emp.⁊ qd̄ not.gl.⁊ Bar.in.l.ab emptione.ff.de
pac.⁊ Bar.in.l.si is qui ꝓ emptore in pe.q.de vsuca.⁊ i.l.titia.de ver.
ob.cum si.ergo ⁊c. ¶ Tertio nā lʒ al's prohibita sit donatio inter vi-
ruʒ ⁊ vxorē fallit nisi sit donatū vt cōuertat in piā cām:vt est text.not.
in.l.si sponsus.§.cōcessa.ff.de do.inter virū no.Bar.in.d.l.seius ⁊ au-
gerius.sed sic est in casu nostro ꝑ glos.in.l.si qs titio.de leg.ij.ergo.⁊c.
Quinimo quoties donat vir mulieri vt alteri det vt in casu nr̄o semꝑ
vʒ donatio.q̄ nō efficit mulier locupletior.tex.est in.l.profectitia.§.si
quis certū.ff.de iure do.⁊.l.si spōsus.§.si quis rogat⁹.de do.īter viruʒ
qd̄ sequit Jo.de imo.in.l.ij.in prin.ff.de dona.bene facit glo.in.c.j.de
relig.do.in.vi.⁊.l.cogi.§.hi qui solidū.ff.ad tre.⁊.l.si pro patre.§.ver-
sum.ff.de in rē verso. ¶ Preterea quotiescūqʒ maritus ⁊ vxor inuicē
sibi donēt ꝓut in presenti ꝯctu:valet donatio etiā cōstante matrimo-
nio tex.est no.in.l.qd̄ aūt.§.si vir ⁊ vxor.ff.dona.inter virū.no.Pet.⁊
8 Bal.in.l.si pater pupilli.C.de inoffi.testa. ¶ Ac etiā si recte† cōside-
ret ista magis est donatio cā mortis q̄ʒ inter viuos:pʒ q̄ effectus eius
cōfert post mortē ⁊ in eo fit mētio mortis vt declarat glo.in.l.que do-
tis sol.ma.⁊ i.l.seia.de dote prele.⁊ est tex.ꝑ doc.in.l.seia.§.si.de dona.
cau.mor.⁊ qd̄ no.Bar.i.l.stipulatio hoc mō.de verb.ob.q̄ donatio cā
mortis indubitanter tʒ inter virū ⁊ vxorē vt.l.cū seruū.§.inter virum
cū.l.seq.⁊.l.sed interim.§.pe.de dona.inter virū ⁊.ff.de dona.cā mor.
l.si mortis cā inter virū.ergo clare cōstat ex predictis dictū instr̄m ex
multis validari. ¶ Nec ꝯ dictā dn̄am Catharinā donatariā dari pos
se nec cōpetere petitioneʒ hereditatis.l.qd̄ si in diē.§.idem scribit ibi.
ergo nec ab eo cui mortis cā donatū est peti hereditas pōt ⁊c.ff.de pe-
ti.heredi.cū si.⁊ ex his sic breuiter cōprehendit aperte q̄ habeant esse
partes dn̄orū arbitrorū in pronuntiando.Laus deo.Subiūgo tn̄ lʒ a
pte nō opponat qd̄ si diceret dictū instr̄m nō valere ex eo maxime qd̄
sit ꝯ bonos mores auferēs liberā testādi facultatē dū dicit in eo qd̄ in
pn̄ti ꝯctu veniant generaliter oīa pn̄tia ⁊ futura ꝑ ea que habent in.l.
9 stipulatio hoc mō.ff.de ver.ob.⁊.C.de pac.in.l.si.q̄ rn̄deo ⁊ primo† ꝙ
dictus ꝯctus censet magis donatio cā mortis ex eo qd̄ post mortē con
fertur q̄ʒ inter viuos s̄m glo.⁊ ibi hoc doc.in.d.l.si.in verbo cōmoda-
uerit.C.de pac.⁊ in.d.l.stipulatio.⁊ ꝑ ea q̄ habent in preal.l.seia.⁊ per
Bal.C.de iure dot.in.l.si stipulatio.q̄ donatio cā mortis etiā omnium
bonorū pn̄tium ⁊ futurorū valet ⁊ tʒ q̄ liberā testādi facultatē nō im-
pedit.l.nō oīs.ff.si cer.pet.l.senatus.§.donatio.ff.de dona.cā mortis.
¶ Scd̄o q̄ etiā si dictū ꝯctum donationē inter viuos appellam⁹ va-
let ⁊ tenet quotiescūqʒ donat ecclesie vel ad pias cās.ita firmat Bal.
in aut.si qua mulier in vlti.col.C.de sac.san.eccle.ꝑ text.in.l.iubemus
in prin.eo.ti.lʒ Bar.sub dubio indecisum reliquerit in.d.l.de qōne.C.
de pac. ¶ Preterea Ang.multū singulariter ī cōsilijs suis cōsilio in
cipiente in dei nōie visis ⁊ cognitis ⁊c.cōsulēdo tenuit qd̄ donatio in-
ter viuos omniū bonorum presentiū ⁊ futurorum valeat quo ad p̄sen-
tia nō quo ad futura per tex.in.l.sancimus.C.de dona.⁊ in.l.si peculiū
§.j.ff.de pecul.leg.qd̄ sub dubio forte indiscussuʒ reliquit Bar.in.d.l.
si.de pac. ¶ Subdo etiā ꝙ dictus ꝯctus ⁊ cōuentio que fuit qd̄ ille q
ex ipsis ꝯtrahētibus superuixerit possit libere disponere ⁊ dispensare
pro anima alterius omnia dicta bona forte hʒ vim virtute voluntatis
in genere prout dixit tex.singu.C.de pac.in.l.licet ibi vt is qui super
uixerit alterius rebus potiatur ⁊c.vbi quasi in proprijs terminis fuit
fact⁹ similis ꝯctus inter milites ⁊ dicit ibi singulariter qd̄ tale pactū
10 fauore militū valet ⁊ hʒ vim vltime voluntatis quā† legeʒ habere lo-
cum in quocunqʒ ꝯctu simili facto ad pias causas tenuit multum not.
Bal.in.d.l.si.C.de pac.in.vj.col.sed sic est in casu nostro qd̄ talis con-
uentio est ad pias causas q̄ omne id qd̄ relinquitur pro anima dicit
ad pias causas s̄m gl.in.l.si quis titio.ff.de leg.ij. ¶ Pro hoc simili
11 ter† adduco qd̄ singulariter dixit Bart.in.l.tale pactū.§.si.ff.de pac.
qd̄ fauore militū ⁊ fauore pie cause pōt in ꝯctu inter viuos hereditas
in aliquē cōferri. ¶ Nec predictis hʒ obstare si diceret qd̄ eo casu quo
haberet talis cōtractus vim donationis causa mortis vel alterius vl-
time voluntatis qd̄ inualidaretur ex capite carentie numeri testium.l.
si vn⁹.C.de test.⁊.l.hac cōsultissima.⁊.C.de dona.cau.mor.l.si.qm̄ rn̄-
12 deo† qd̄ cuʒ talis dispositio sit ad pias causas ⁊ qd̄ fortius est facta in
terris ecclesie in talibus sufficit presentia presbyteri cū duobus testi-
bus.c.cū esses ⁊.c.relatū de testa.no.Bar.⁊ Bald.in.l.j.in repetitione
in.vi.q.principali.de sacrosan.eccle.⁊ ꝑ do.Joā.ff.de leg.j.in.l.nemo
pōt.que solennitas in presenti cōtractu ad vnguem seruata fuit vt in
eo continetur.Ex quibus concludit dictū instr̄m ex omni capite tene-
re. ¶ Insuper repeto qd̄ oīno diligēter aduertat dn̄s iudicans ꝙ nul
lo modo sequi pōt sn̄ia cōdemnatoria ex predictis oībus ⁊ potissime
cū intentata sit hereditatis petitio ꝑ partē agentē:vt.s.dixi.in prin-
⁊ nullo modo probatū sit dictā dn̄am Catharinā possidere:nullo iu-
re pōt cōdemnari ad restitutionē rerum hereditatis quas non hʒ neqʒ
dolo aut culpa saltēʒ probata desierit possidere:vt apertius superius
deduxi.⁊ ideo hic breuitatis causa omitto.l.ampliorem.§.in refuta-
torijs.de ap.l.si.C.de preci.impe.offe.Laus omnipotenti.deus scruta
tor cordium vos in viam veritatis inducat.

¶ Consilium.cliij.

1 ☞ Constituens possidere precario nulla facta mentione de heredi-
bus illud precarium non transit ad heredes.2.
3 Per constitutum seu precarium non acquiritur possessio absenti.
4 Ubi aliquis apprehendit nomine alterius si nō habet mandatum re-
quiritur qd̄ ille ratificet.
5 Ante euentum conditionis non dicitur acquisita possessio.
6 Remedium.l.si.c.de acqui.pos.acquiritur ei cui acquisita est possessio
virtute precarij.
8 Usucapio cepta per defunctum continuatur per heredeʒ etiam si non
apprehendit possessionem.
9 Dans ⁊ tradens insolutum transfert possessionem.
10 Pactum de ingrediendo propria autoritate non potest exerceri con-
tra singularem successorem.
11 Actio de dote non nascitur nisi post solutum matrimonium.

¶ Consilium.cliij.

¶ An virtus precarij transeat ad heredes etiam si statutuʒ dicet ꝙ
possessio defuncti transeat in heredes.
Et an per constitutum acquiratur possessio absenti.
Et an precario rogans vendendo ⁊ tradendo alteri illam rem dicatur
spoliare possessione ciuili illum creditorem a quo rogauit.
Et an pactuʒ de ingrediēdo possit exerceri cōtra singularē successorē.



Domini redēptoris nostri
inuocato suffragio.Circa litem vertentem inter filios
⁊ heredes dn̄e Jsolde ex vna ⁊ Petrum de bragerij ex
alia presupposito qd̄ dictus Petrus possederit ⁊ pos
sideat petiam terre de qua est questio licet in ea turbetur
per dictos filios ⁊ heredes dicte Jsolde posset in dubium reuocari.an
posito quod Blasinus dicte Jsolde marit⁹ haberet bona sufficiētia ꝓ
dote restituenda dictis heredibus Jsolde:vt in facto presupponitur
1 possent† dicti heredes absqʒ vlla excussione consequi possessionem di-
cte petie terre virtute precarij positi in instrumento dotali per reme-
dium.l.si.C.de acqui.pos.quemadmodum videtur ibi tenere Jac.bu.⁊
Ang.Et Ang.⁊ Mod.in.l.exit⁹.ff.de acqui.pos.⁊ in.l.ij.§.hac actiōe
ff.vi bo.rap.⁊ etiā Bal.in.l.j.C.de reuo.his que in frau.credi. ¶ Ta-
2 men in casu de quo queritur sentio veritatē esse in contrarium.eo† quia
dictus Blasinus constituit se possidere precario nomine dicte Jsol-
de nulla facta mentione de heredibus Jsolde ideo ad heredes Jsol-
de non transit.l.cum precario.§.j.ff.de preca.possessio de sui natura
non est transitoria ad heredes.l.cum heredes.in princi.ff.de acquir.
pos.⁊.l.j.§.sceuola.ff.si quis testa.lib.ius.esse fue.Jdeo nisi de herede
mentio facta sit non comprehenditur heres.l.stipulatio ista.§.si quis
3 ita.ff.de verbo.obliga. ¶ Preterea † si bene inspiciantur verba in-
strumenti circa partem precarij nullus interuenit qui precarium re-
cepit pro Jsolda.igitur ei acquiri non potuit per not.in.l.illud.C.de
sacrosanc.eccle.⁊ expresse voluit Jaco.but.in.l.quedam mulier.ff.de
rei vendi.vbi concludit qd̄ per constitutum seu precarium non acqui-
ritur possessio absenti nisi absens postea apprehendat possessionem:
non enim acquiritur possessio alteri nisi ipse corpore ⁊ animo vere vel
ficte per se vel alium suo nomine possessionem recipiat.l.iij.in princi.
4 cum ibi no.⁊.l.quemadmodum.ff.de acqui.possessi.Et quando † ali⁹
apprehendit nomine alterius si carebat mandato requiritur quod ille
cuius nomine apprehenditur ratificet alias non acquiritur ei.l.com-
munis seruus.§.j.ff.de acquiren.possessio.l.si ego.ff.de nego.gest.Et
debet esse differentia inter dantem ⁊ recipientem.c.fina.in.si.de instit.
5 ⁊.c.per vestras.de iurepatro. ¶ Deniqʒ † dictum precariuʒ fuit col-
latum in euentum cōditionis.s.restituende dotis.vt patet ex verbis in
strūmenti iuncta.l.lecta in fin.cum si.ff.si cer.pe.Jgitur ante euentum
conditionis non fuit acquisita possessio dicte Jsolde.l.qui absenti.§.
j.ff.de acquiren.possessio.Et condito euenit per mortem dicte Jsolde
⁊ sic ipsi non fuit acquisita possessio ⁊ per consequēs multo minus he-
6 redibus suis. ¶ Ex his† apparet qd̄ cessat remedium.d.l.fin.q̄ illud
acquiritur ei cui acquisita esset possessio virtute precarij. ¶ Et quam-
7 uis† referatur extare decretum disponens ꝙ possessio defuncti con-
tinuetur in heredem absqʒ vlla apprehensione quod decretum tn̄ non
vidi:nihilominus posito ꝙ ita esset tn̄ nullo modo obstat:q̄ ex predi-
ctis apparet ꝙ nulla possessio fuit translata in dn̄am Jsoldam. ¶ Et
posito qd̄ virtute precarij fuerit translata:tn̄ q̄ in precario nulla fuit
facta mentio de herede dn̄e Jsolde non trāsit virtus precarij ad here-
des.l.cum precario.§.j.Et tale statutuʒ vel decretū dʒ interpretari:vt
quanto minus fieri possit ledat ius commune.l.ij.C.de nora.c.cum di-
lectus.de consue.Et sic debet intelligi quando possessio erat apud de
functum ex causa de sui natura transitoria ad heredes:q̄ sicut transit
virtus ipsius cause ad heredes ita voluit decretū ꝙ transiret ipsa pos-
sessio.Sed in proposito nr̄o virtus precarij non est huiusmodi:vn̄ di-
cit Raph.cu.in.l.pōponius.§.quesitē.ff.de acqui.pos.qd̄ dictū statu-

tum deberet intelligi nisi appareret q possessio esset occupata p aliū
post mortē defuncti q non intelligitur tūc habere locū statutū p di-
ctum. §. quesitū. ⁊ q statutū debet interpretari vt sit conforme iuri cōi
quāto magis fieri pōt vt dictū est. ⁊ videmus talē interpretationē fie-
8 ri de iure cōi: nam vsucapio † cepta per defunctū continuatur p here-
dem etiā si non apprehendit possessionē post mortē defuncti. l. ceptaz
ff. de vsucap. tñ intelligit nisi alius apprehenderit possessionē ante cō
pletam vsucapionē. l. qui cū proinde. §. fi. ff. pro empto. ⁊ legitur ⁊ no.
i. d. §. quesitū. ¶ Preterea alia rōne nō pōt dici dña Isolda posside-
re tpe mortis: q posito q etiam in cā fuisset virtute precarij translata
9 possessio per blasinum † tñ qñ blasinus postea dedit ⁊ tradidit dictam
petiā terre insolutū dicto Petro: ⁊ fratribus cōstituendo se possidere
nomine petri discessit omnis possessio a dicta dña Isolda per not. in
l. interdū. §. fi. ff. de acqui. pos. ⁊ clare firmat Bar. ⁊ alij post cū in. l. cel
sus. ff. de vsucap. in. iij. col. in ver. sed pone q debitor ⁊ illa opi. cōiter
a doctoribus vbiq approbat per. d. l. interdū. §. fi. cōiuncta glos. ⁊ ita
tenent moder. ibi in. l. qui pignoris. ⁊ in. l. quāuis. §. j. eo. ti. lz Bartol.
aliter dixerit in. l. ij. C. de pigno. ad fi. iij. q. principalis per not. in. l. si
de fundo. ff. de vi ⁊ vi ar. Sed illud non obstat q ibi loquit in vsufru-
ctuario qui per factū suum nō pōt priuare proprietariū sua ciuili pos
sessiōe cū illa ciuilis nō requiescit cū naturali quā hz fructuari⁹ vt no.
in. l. j. §. fi. ff. vsufr. quēadmo. ca. ⁊ in. l. iij. §. vnde vi. ff. de vi ⁊ vi ar. sed
nos loquimur in ciuili que erat apud creditorē a quo debitor accepe-
rat rem quā debitor retinuit. ⁊ ideo per factū debitoris alteri iraden-
tis vere vel ficte priuatur creditor sua possessione ciuili ⁊ istud est quod
habetur in. d. l. interdū. §. fi. cum glo. cōiter approbata ⁊ in. l. nō solum
§. qui pignori. ff. de vsucap. ⁊ posito q licuisset creditori ita spoliato
possessionē recuperare ppria autoritate suā possessionē tñ illud fuis-
set si incontinenti factū fuisset non ex interuallo. l. iij. §. cuz igitur. ff. de
vi ⁊ vi ar. l. cū fundus cum glo. in verbo postea. eo. tit. ⁊ in pposito no.
Jac. bu. ⁊ Ang. in. l. ij. C. de pigno. ⁊ sic istud nō pōt prestare admini
culum dictis heredibus Isolde. ⁊ tanto magis cū possessio rōne pre-
carij transire non poterat. vt. j. dicam. ¶ Et posito q dictā petia terre
esset obligata dictis heredibus pro dotibus maternis tñ non possunt
iure hypothecarie actionis ad illū habere regressum non facta prius
excussione bonoruz debitoris principalis iuxta ea que habent in aut.
10 hoc si debitor. C. de pigno. ¶ Nec licuit † eis propria autoritate ingre
di dictā possessionē seu petiam terre possessam p dictū Petrū et fra-
tres non obstante pacto de ingrediēdo propria autoritate apposito in
instrō: primo q multi tenuerūt qd tale pactū de ingrediēdo nō possit
exerceri ꝯ singularē possessorē vt quantū ad casum nostrū tenuit Jac.
de bel. Jac. bu. ⁊ Sali. i. d. l. creditores. C. de pig. ⁊ ēt retēta doc. Bar.
ibidē est idē dicendū in casu nostro q Bar. vult qd si ius exequēdi nō
erat in esse productū vt q nō erat debitū in instrō liquidatū nō possit
exerceri ꝯ singularē successorē. l. si mr. §. fi. ⁊. l. iudicati. §. fi. ff. de excep.
rei iudica. sed in proposito nō erat ius exequēdi in esse productū quia
nōdū euenerat casus ⁊ tps restituēde dotis dñe Isolde: ⁊ in instrō de-
bitum nō fuit liquidatū q debitū dotis restituende erat conditionale
11 vez si ⁊ qñ matrimoniuz solueretur. vñ videmus q actio de dote † non
nascit nisi post solutū matrimoniū. l. ij. in prin. ff. de dote preleg. ⁊ i. l. j.
C. de repu. l. in rebus. §. oēs. ⁊ ibi no. C. de iure do. ⁊ i. l. cū notissimi. §.
illud. C. de prescrip. xxx. anno. ⁊ no. in. l. auia. C. de iure do. ⁊ no. Dyn.
Bar. ⁊ cōiter alij post eos in. l. si cōstāte. §. j. ff. so. ma. ⁊ Bal. in. l. iuris-
gētiū. §. quinimo. ff. de pac. ⁊ in. l. j. C. vt actio. ab here. Et est cōis opi.
Et sic etiā sm Bar. nō potuit tale pactū exerceri ꝯ singularē successo-
rem. ⁊ sic nō licuit nec lz dictis heredibus ppria autoritate ingredi et
turbare dictū possessorē ⁊ rem illā retinere alias semp diceremus pa-
ratam esse viā creditori habēti obligatā rem peruētā ad tertiū posses-
sorem apprehēdere cū ⁊ sibiipsi ius dicere ⁊ eā rē retinere vt hypothe
catam ⁊ se releuare ab excussione bonorum faciēda in bonis debitoris
principalis ꝯ ea que habent in. d. aut. hoc si debitor et in. l. nullus. C.
de iudi. ⁊ in. l. extat cū si. ff. qd met. cau. ⁊ ex eo qd illicite faceret pmiuz
cōsequeretur ꝯ. l. siue hereditaria. ff. de neg. gest. l. seruus. ff. qd vi aut
clam. ⁊. l. meminerint. C. vnde vi. reliqua vero videntur omni dubita-
tione carere ideo super illis nō insisto. Laus deo. Alex.

¶ Summarium super consilio. cliiij.

1 ☞ Emptor rerū dotaliū si sit in bonafide lucratur fructus. 2 3
4 Ille qui emit a marito rem dotalem si rem ipsam meliorauit poterit
per viam exceptionis consequi estimationem.

¶ Consilium. cliiij.

¶ Quomodo procedat illud qd dicit qd bonefidei possessor q expē-
sas vtiles fecit in rem teneatur cū eis compensare fructus perceptos ⁊
an titulus nullus sufficiat ad hoc vt possessor faciat fructus suos.



Redemptoris nostri inuo
cato suffragio. Cōsideratis his que in themate nar-
rantur ⁊ visis his que eleganter adducta sunt p pstā
tissimos dños cōsulentes sup ipso principali quesi-
to puto esse verum qd fructus percepti viuente dicto
Stoldo venditore quos non tenerent restituere dictus emptor et eius
heredes heredibus dicte dñe helisabette nō teneantur etiā cōpēsare in
meliorementis factis per dictuz emptorē p aliqua ex his que egregie
dicta sunt per prefatos dños consulentes qd cōfirmo sic. nā presuppo-
1 no qd posito † qd titulus venditionis dictorum bonorū dotaliuz esset
nullus tñ dummodo emptor sit in bonafide lucratur fructus eo mo-
do quo lucraretur si titulus esset valid⁹. vt est tex. in. c. pe. de reb⁹ eccl.
non alie. sm vnā lecturā que est q ibi ꝯtus esset nullus propter defe
ctū autoritatis epi que requiritur in alienatiōe facta p abbatē ⁊ capi-
tulum vt. xij. q. ij. abbatibus ⁊. xviij. q. iiij. in venditionibus quez intel
lectuz approbat Inno. Hosti. do. Cardi. Pe. de ancha. ⁊ Jo. de imo.
in dicto. c. pe. idez probat in. l. bonefidei circa prin. ff. de acqui. rerū do.
lz sm quosdaz hoc fallat in ecclesia nulliter alienante per. c. si quis pre
sbyterozuz. de re. eccl. nō alie. ⁊ tex. in aut. qui res ⁊ in corpore. vñ sumit
C. de sa. san. ec. ⁊ per doc. in dictis locis ⁊ maxime p Jo. de imo. in. d. c. si
quis presbyterorum. qd vltimum ad presens nō discutio aliter cum nō
expediat attento qd non sumus in ecclesia. regulariter enim non cura-
mus de titulo quo ad lucrū fructuum sed sufficit bonafides vt declarat
Bar. in. l. sed si lege. §. si fine. ff. de peti. hered. ⁊ pbatur ibi ⁊ in dicta. l.
2 bonefidei. ⁊ in bonafide esse dicit † qñ putauit eam esse vendentis. ⁊ sic
ignorabat rem vel dñium ad alium pertinere. l. bonefidei. ff. de verbo.
signi. put in dubio presumitur: vt ibi no. in gl. facit. d. l. sed si lege. §. sci
re. ff. de peti. heredi. ⁊ in. l. manifestissimi in verbo dñi cogitatione. C.
de fru. ⁊ quod no. glo. in. l. quēadmo. in vbo emptore. C. de agrico. ⁊ cē-
3 si. li. xj. ¶ Itez presuppono † qd posito etiā q dictus ꝯtus fuisset nul
lus respectu alienationis seu trāslationis dominij tñ obligabatur em-
ptori dictus maritus ex venditione fundi dotalis vt no. glo. Barto. ⁊
alij in. l. cum lex. ff. de fideius. ⁊ glo. ⁊. doc. in. l. si prediuz. C. de iure do. ⁊
probatur in. l. ⁊ si is. ⁊ ibi no. Cy. C. de pdijs minorū. ⁊ not. in. l. cū vir.
ff. de vsucap. ⁊ Jo. an. in. c. cū contingat. de iureiur. ⁊ Spe. in ti. de emp.
⁊ vendi. §. certū. versi. sed nūquid pōt. cū vers. seq. ⁊ est magis cōis opi.
saltem qñ emptor ignorauit illum fundū fuisse dotalez prout in dubio
ignorasse presumitur vt dixi vnde dicit in specie Jo. de imo. in. d. c. cuz
contingat circa sextā vel septimā chartā sup glo. fi. in ver. sed iuxta pre
dicta insurgit dubium an maritus vendens teneatur de euictiōe ⁊c. cir-
4 ca finem illius ver. † q si ille qui emit a marito rē dotalē si rē ipsaz me
liorauit poterit saltem per viā exceptiōis cōsequi estimationē talis me
5 lioramenti. ar. l. in fundo. ff. de rei vendi. vnde † cum solum reperiat qd
fructus percepti a bonefidei possessore cōpensent in impensaz vtiliter
factam per bonefidei possessorē qñ tales fructus tpe quo percepti fue-
runt spectabant de iure ad eū qui nunc petit fundū sibi restitui vt in. l.
sumptus ⁊ in. l. emptor. in prin. ff. de rei vendi. secus si non spectassent
tales fructus tpe quo percipiebatur ad illuz qui nunc fundū sibi resti-
tui petit vt declarat glo. reputa. singularis. ⁊ cōiter approbata in. d. l.
emptor in verbo superfluū in fi. ⁊ sequuntur illaz doc. ibi ⁊ in alijs lo-
cis allegatis per dominos consultores ⁊ etiam sequitur eam Sali. in
l. dotem. C. de rei vendi. ⁊ probatur ex verbis dicte. l. sumptus in ver-
bo equitatis rōne ⁊c. nam ibi iurisconsultus ad illaz compensationem
faciendam mouetur ex equitate. sed vbi fructus ipsi non debuissent
spectare ad eū qui nunc rem sibi restitui petit. sed ad eū qui aliquo ti-
tulo venditionis vero vel putatiuo rem emptori bonefidei concessit
vt in casu nostro fructus debuissent spectare ad maritum toto tpe vite
sue tam de iure cōi q municipali iuxta. l. pro oneribus. C. de iure dot.
⁊. l. cum oportet. C. de bo. que lib. si dictuz fundū nō vendidisset ideo eo
casu nō dictat equitas qd fructus predicti cōpensent in sumptib⁹ vti-
libus factis p bonefidei possessorē habentē cām ex dicta emptiōe a ma
rito qm sequeretur iniquitas. s. q mulier vel eius heredes locupletaret
cum iactura aliena ⁊ sine aliqua iusta causa perciperet cōmodū illoruz
fructuū qui debuissent pertinere ad maritū. ⁊ sic bis consequeretur idē
nam fructus dotis spectant ad maritū: vt supportet onera matrimo-
nij. ⁊ sic vt subueniat vxori ⁊ liberis. d. l. pro oneribus. ⁊. l. vbi adhuc.
eo. ti. ⁊ illud factum fuit: quia maritus supportauit onera matrimonij
subueniendo vxori ⁊ liberis. ⁊ sic iam mulieri satisfactum est pro eo qd
fructus ex legis dispōne spectant ad virū. Si etiā nunc mulier cōpēset
dictos fructus in dictis melioramentis consequet bis dictos fructus
seu eorum emolumentū qd equitati nō cōuenit: vt in regula bonafides.
de regulis iuris cum ibi notatis. ⁊ presertiz q si dictus emptor oppos
ta exceptione dictorum melioramentorū non posset de iure obtinere ⁊
consequi dicta melioramenta aduersus heredes mulieris agentes ad
fundum haberet emptor seu eius heres in hoc regressum de euictione
contra dictum maritum seu eius heredes presertim cū fuerit pmissuz
de euictione. ⁊ sm magis cōmunes opi. hoc casu maritus vendēs ⁊ de
euictione promittens tenetur de euictione: vt dixi. s. ⁊ sic in effectu mu-
lier remaneret locupletata cum damno mariti seu heredū mariti quod
est iniquissimum in vulgata. l. nam natura. ff. de condi. indebi. ⁊ sic fieret
contra rationem ⁊ mentem dicte. l. sumptus in verbo equitatis ratiōe.
Ex quibus resideo in conclusione premissa.

¶ Summarium super consilio. clv.

1 ☞ Sequēs priuilegiuz non intelligitur precedenti derogare nisi de
precedenti fiat mentio. 7 9
2 In impetratione est necessarium q fiat mentio de quasi possessione.

3 In prorogando iuri tertij non sufficit generalis clausula.
5 Impetratio infringitur ex eo ꝙ non fuit facta mentio in specie de his super quibus impetratio facta est.6.
8 In his que sunt facti princeps habet iustam ignorantiam.
10 Ubi per rescriptum tolluntur exceptiones non est necesse singulariter enumerare exceptiones.
11 Quando dicatur specialis derogatio.
12 Ubi princeps dicit aliqua.l.non obstante dicit̃ generaliter derogare.
13 Specialis renuntiatio priuilegij dicitur si quis dicat renuntio omni priuilegio fori.
14 Si quis dixerit suscipio in me periculũ casus fortuiti dicitur specialiter assumere.
15 Dicendo quod sum grauatus q2 iudex nõ admisit iura mea dico2 specialiter appellare.
15 Clausula non obstantibus omnibus statutis quid operetur.
17 Papa potest tollere priuilegium alteri concessum.
18 In principe semper subest iusta causa.
19 Titulus τ causa proprietatis trahit ad se causam possessionis.
20 Ex priuilegio principis transfertur dominium absq3 traditione.

¶ Consilium.clv.



Christi eiusq3 gloriose matris noĩbus pro suffragio inuocatis videretur in consultatione premissa prima consideratione dicendum cõcessioni facte titio per clementissimuz pontificem Nicolaum quintum per secundam cõcessionẽ factã sempro-
1 nio minime derogatum esse. ¶ † Primo q2 per sequẽs priuilegiũ nõ intelligitur precedenti priuilegio derogatũ nisi de precedenti mentio fiat.c.veniens.τ ibi not.de prescrip.c.ex parte el.i.de offi.dele.c.duduz cum ibi no.de priuil.no.in.c.i.τ in.c.cũ ordinẽ.de rescrip.no.gloss.xxv.
2 q.ij.in summa. ¶ † Scõo q2 presupponitur vt verbo fertur titium esse in quasi possessione officij predicti:de qua quasi possessione vr̃ ꝙ erat necessariũ mentionẽ haberi in impetratione facta per sempronium:vt videtur probari in.c.statuto.de deci.lib.vi.τ in.c.cum nostris.τ ibi no.
3 de conces.prebẽ. ¶ † Tertio q2 vbi agitur de preiudicando iuri tertij non sufficit generalis clausula non obstãte τc.sed requiritur specialis c.si propter.de rescrip.in.vi.facit.l.cũ auus.C.de emãci.lib.l.ij.§.si qs a principe.ff.ne quid in loco pub.l.ex facto.in princi.ff.de vulg.τ pupil.l.si quãdo.in prin.C.de inoffi.testa.c.pastoralis.de priui.c.ex tuarum.de auto.τ vsu pal.c.q̃uis.de prebẽ.in.vi.τ potissime qñ secundo loco impetrans notitiã verisimiliter habebat de concessione facta pri-
4 mo impetrãti.vt no.doc.in.c.ei cui super gl.i.de preb.in.vi. ¶ † Pro hoc etiam facit q2 vbi plura obstant secunde impetrationi non sufficit generalis clausula non obstante. Ita dixit Bald.in.l.i.circa antepe.col.C.de fur.τ Bal.in.l.eã quã.C.de fideicõ.in.xiij.col.in versi.sed pone quidam erat τc.allegat id quod habetur in.l.i.cũ ibi not.per Jaco.de bel.C.de dot.promis.τ qd̃ legit̃ τ no.i.d.l.si quãdo. ¶ Facit qd̃ no.Jo.an.in.c.fi.de filijs presby.τ Bal.in.l.si qua illustris.C.ad orficia.τ Old.in consi.ccxlvij.inci.factum tale est quidã τc.ad supplicationem cuiusdam nobilis τc.τ Jo.an.in addi.Spe.in rubri.qui fil.sint legi.et Ant.de but.in.c.per venerabilem.in.xxv.colũ.qui fil.sint legi.in versi.nunc descendo ad scdm̃ τc.τ Bal.in.l.cum qui al's incipit Pau.ff.de sta.ho. ¶ Sed vt dixi secunde impetrationi obstabãt duo.s.impetratio titij.τ etiã quasi possessio:ergo non sufficit generalis clausula non
5 obstante. ¶ † Ad idem quod no.Spe.in tit.de rescrip.presenta.§.ratione quoq3 defectus.ver.item excipitur ꝙ faciunt mentionẽ in genere.τc.cum ver.seq.vbi concludit ꝙ impetratio infringitur ex eo ꝙ in genere τ non in specie facta fuit mentio de his super quibus impetra-
6 tio facta est.allegant.c.ex literis.de do.τ contu. † Et quod requirit̃ specialem mentionem priuilegij vt ei intelligat̃ derogatũ.voluit glo.in.l.decurionibus.C.de silen.lib.xi.quam in multis locis valde cõmendat Bal.vt per eum in.l.non plures.in fi.C.de sac.sanc.eccle.τ in secunda constitutione.C.τ in.l.fi.C.si cõtra ius.τ in.c.i.in fi.τ in.§.scimus quo tempore miles.τ i.l.dotalẽ.ff.de testa.mil.τ in.l.si cũ mihi.ff.de dolo. ¶ Sed premissis nõ obstãtibus cõtrariã sñiam de iure probabiliorẽ esse puto vez ꝙ non obstante concessione prima debeat sempronius in
7 eius concessione anteferri. ¶ † Hoc primo videt̃ vrgenti ratione decidere Feder.de señ.in consi.xlvij.al's est in consilio.li.incip.habita sup casu predicto collatione conuenienti τc.vbi dicit ꝙ lz per secũdũ priuilegium nõ tollat̃ primũ.d.c.veniens.cum concor.s̃.alleg.nisi de primo fiat mentio in secundo:nõ tñ ꝓm eum requirit̃ ꝙ omnino specialiter τ singulariter fiat mentio de primo etiã dato ꝙ in primo priuile-
8 gio esset clausula derogatoria sequentis:q2 al's sequeretur † ꝙ cum co-rum que facti sunt:princeps iustã habeat ignorantiã.c.i.de constit.in vi.principi auferretur potestas tollendi priuilegia habẽtia clausulas derogatorias quod nephas est sentire:cũ eius sit tollere cuius est condere.l.iij.§.diuus adrianus.ff.de sepul.vio.d.c.i.de consti.in.vi.τ.l.ij τ.l.quod iussit.ff.de re iudi.τ pro hoc allegat i specie.c.q2 sepe.de elc.in.vi.c.vt officiũ.§.cõcedentes.de hereti.eo.lib.τ.c.alma.ad fi.de sent.excõ.in.vi.τ tex.in cle.i.τ.ij.de sepul.τ ibi hoc not.glo.Jo.an.in fi.vbi sufficit generalis derogatoria posita in lege vel canone vel alio priuilegio:ad derogandum specialib⁹ priuilegijs q̃tuncunq3 habentibus
9 speciales clausulas derogatorias. ¶ † Secundo confirmatur per ea que notat Bar.in.l.si quis.in prin.testamẽti.ff.de leg.iij.i versi.quero quid si testator dicit.τ in ver.seq.τ in ver.venio ad scdm̃.vbi decidit ꝙ licet vbicunq3 in primo testamento apposita est clausula derogatoria sequentis testamenti necesse sit ad hoc vt p scdm̃ tollat̃ primũ ꝙ in secundo fiat specialis mentio clausule derogatorie apposite in primo testõ:vt.d.l.si quis.tñ satis erit ꝙ in scdo testõ dicat̃ cassans τ irritans omne aliud testm̃ qd̃ fecisset τ sibi eẽnt verba derogatoria sub quacũq3 conceptione verborum τc.lz nõ fiat singularis mẽtio de verbis derogatorijs appositis in primo testõ in quo dictum fuerat nolo per sequens testm̃ derogari huic primo testõ nisi in sequenti testõ de verbo ad verbum ponat̃ pater noster τ aue maria.τ est de mente glo.in.d.l.si quis.et probat hoc Bar.per.l.titius.in prin.cũ ibi no.ff.de libe.τ posthu.τ idem tenet Bar.in consi.incipiente quidam fecit testamẽtũ.τ Ang.in l.si mihi τ tibi.§.in legatis.ff.de leg.i.τ Bal.i.l.humanũ.C.de legi.et Bal.τ Ang.in aut.hoc inter liberos.C.de testa.τ Ang.in cõsi.ccxxij.
10 inci.quedã dña Nanna vxor τc. ¶ † Pro hoc etiã facit tex.in.c.ex parte.el.ij.de offi.deleg.vbi qñ per rescriptũ tollunt̃ exceptiones non est necesse singulariter enumerare exceptiones.qd̃ expresse tenet Bald.in l.iij.§.si is pro quo.per illum tex.ff.quod quisq3 iur. ¶ Fortificantur
11 predicta q2 † dato qd̃ specialis derogatio sit necessaria tñ vt dicat̃ specialis non est necesse dicere non obstante concessione facta per pontificem Nicolaũ quintũ titio:q2 illa appellaretur singularis τ indiuidua expressio vnde ex quo dictũ fuit non obstante cocessione facta p predecessorem nostrũ Nicolaũ τ alijs in cõtrariũ faciẽtibus nõ obstãtib⁹ τc.
12 dicitur esse specialis expressio τ mẽtio facta.hoc † aperte not.Bar.i.l.fi.C.si contra ius vel vti.publi.vbi dicit ꝙ qñ princeps in rescripto seu in litteris diceret:aliqua lege non obstãte τc.istud dicit̃ generaliter derogare:sed vbi diceret̃ non obstãte aliqua lege q̃ in 9rium loqueret̃ τc.dicitur hec spãlis derogatio si aũt diceret̃ non obstãte tali lege:diceret̃ tunc singularis τ indiuidua mẽtio vel expressio.τ ita etiã voluit Bart.in extrauaganti ad reprimẽdũ.in verb.non obstantibus.τ do.Anto.in.c.q̃ in ecclesiarum.de consti.τ in.c.nõnulli.τ ibi Jo.de imo.de rescrip.
13 τ in.c.i.de exces.prela.in.vi. ¶ † Pro quo etiam facit qd̃ not.Bart.τ bal.in.l.i.in fi.ff.si quis in ius voca.non ierit.vbi dicunt ꝙ specialis renuntiatio priuilegij dicit̃ esse si quis dicat renuntio omni priuilegio fori mihi competenti nõ aũt est necesse dicere renũtio priuilegio mihi vt scholari cõpetẽti p aut.habita.C.ne filius pro pat.q2 illa diceretur singularis renũtiatio.allegant id qd̃ habet̃ in.l.fi.cũ ibi no.C.quod cũ eo.vbi differũt aliquid specialiter τ aliquid singulariter fieri. ¶ Accedit id qd̃ no.p glo.τ doct.in.l.iiij.§.quesitũ.ff.si quis cautio.τ maxime p Bal.ibi facientẽ differentiã inter specialem mẽtionẽ τ indiuiduã.et
14 concludunt ibi ꝙ † qs dicitur specialiter assumere in se periculũ casus fortuiti si dixit suscipio in me periculum casus fortuiti lz casus fortuitos singulariter non enumeret.τ idem no.Bar.τ alij scribẽtes in.l.titius.in prin.ff.de libe.τ posthu.τ in fi.no.Bar.τ doc.in.l.filiusfa.ff.de
15 dona.τ in.l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acq.here. ¶ † Ad idẽ qd̃ not.Bal.in.l.edita.C.de eden.in.xix.col.in ver.sciendũ tñ est.τ in ver.modo videamus τc.C.de eden.vbi dicit ꝙ lz qñ appellatur ab interlocutoria debeat specialiter τ sigillatim exprimi in appellatione causa grauaminis.vt in cle.appellanti.de appel.tamen dicitur satis specialiter expressa si dixero. Dico ꝙ sum grauatus q2 iudex nõ admisit iura mea τ defensiones meas:tunc licet non dicatur causa grauaminis expressa:singulariter tñ dicitur specialiter expressa.allegat no.per gl.
16 fi.in.l.exigẽdi.C.de procur. ¶ † Plus dicit Ang.in.l.oẽs.p illũ tex.C.de prescrip.xxx.an.vbi formaliter sic inquit.No.in verb.specialiter ac nominatim τc.tex.singularem τ meliorem qui sit in iure ad clausulã derogatoriam oĩm legũ τ statutorum positã in rescriptis τ quandoq3 in statutis hoc mõ vez non obstantibus omnibus statutis τ consuetudinibus que in contrarium loquerentur de quibus esset necesse specialẽ mentionem fieri quibus intelligatur derogatũ perinde ac si specialiter essent enumerate τc.nam tm̃ operant̃ dicta verba q̃tuz si de omnibus legibus τ statutis et consuetudinibus sigillatim τ distincte mẽtio facta esset.τ per hoc concludit ꝙ si testator in primo testõ apposuit clausulam derogatoriã sequentis testamẽti:vt q2 dixit nolo aliud testm̃ cõdendum valere nisi in eo describatur aue maria τc.τ postea in secundo testõ volo istud preualere non obstante alio testamento p me facto etiã si de eo deberet fieri mentio specialis.nã perinde est ac si noĩatim τ expresse in secundo testõ posuisset tenorẽ primi per illã.l.vt ibi p eũ τ maxime procedunt hec:cum in prima concessione facta titio nulla clausula derogatoria τ sequenti concessioni vel impetrationi ? irecto contraria sit specialiter incerta:sed ita est ꝙ in concessione vltima dicitur non obstantibus illis omnibus de quibus forsan specialis τ specificata mẽtio fieri deberet:ergo per illa verba est perinde ac si specifica expressio facta fuisset.τ hoc vltimum etiã voluit Bal.de pace cõstã.in verbo li-
17 bellarium. ¶ † Non puto aũt in dubiũ refricari ꝙ papa potuerit tollere priuilegium alteri concessum p sedem apostolicam:q2 hoc notissimum est:vt firmat glo.in.c.decet.de reg.iur.in.vi.per iura ibi alleg.

τ hoc facere potest etiã sine causa. ita dixit Ang. in. l. antiochenſiũ. ff. de priuil. cre. allegat not. p Inno. in. c. que in ecclesiarum. de cõsti. τ no. p glo. in. c. constitutus in verbo. a quocũq̃. de relig. do. τ ibi doc. τ gl. xvj. q. j. ecclesie. τ glo. ix. q. iij. cõquestus. per tex. xvj. q. j. frater noster adrianus. τ no. Spe. τ Jo. an. in titu. de leg. §. nunc ostendẽdũ. ver. lvij. τ in ver. lxxxix. τ Bal. in. l. fi. in. ij. col. ff. de consti. prin. τ in. l. rescripta. C. de

18 preci. impe. offe. ❡ † Quinimo in principe semper in dubio presumiť subesse causaз iustam dato φ nulla causa in literis exprimať: ita tenuit Cy. τ Bal. in. d. l. rescripta. τ Jac. but. in. l. fi. C. si cõtra ius. τ Anto. de but. in. c. cũ inter. de renun. τ in. d. c. constitutus. τ in. d. c. que in ecclesiarum. τ Bal. in. l. si testiũ. C. de testa. τ do. Abb. in. c. cũ olim. in. viij. col. de re iudi. facit. c. in presentia. de renũ. c. cuз inter. τ. c. sicut. de re iudi. et qđ no. gl. fi. in. l. relegati. ff. de pe. Jmo pontifex expressit causam dum dicit cũ officium ipsũз non in perpetuũ: sed ad certũ tps tam ex forma statutorum dicte ciuitatis φ̃ ex consuetudine concedi debeat τ cõsuetũ fit que causa satis dicit esse pbata p illa verba narratiua: vt in cle. j. cũ glo. in verb. fecisse. de proba. τ glo. j. in. c. nõnulli. de resc̃ri. facit qđ habetur i. c. cũ a nobis. τ ibi doc. de testi. ❡ Et per predicta ptз opportune responsio ad allegata in ꝯtrariũ: τ primo nõ obstat φ in secũdo priuilegio debet fieri mentio de primo τc. qꝛ in casu nostro facta est mentio de prima concessione in secunda. vt est ostensum. Secundo non obstat φ debuit fieri mentio de quasi possessione: vt in. c. statuto. de deci. in. vj. qꝛ rñdeo φ ibi nulla facta erat mentio de titulo possidentis. nimirum si concessio non trahitur ad ea que per alium possidebanť non


19 facta mentione de possessione: sed in casu nostro facta est mẽtio de titulo τ concessione alteri facta: vñ non est opportunũ facere mentionez de quasi possessione cũ semper titulus τ causa proprietatis velut potentior trahat ad se causam possessionis. c. cum dilectus. in fi. de cau. pos. Preterea p solã gratiã τ cõcessionẽ principis acquisitũ fuit ius τ dominium illius iuris impetranti absq̃ eo quod in possessione inducatur. c. tibi. τ. c. gratia. de rescrip. in. vj. c. si tibi absenti. de preben. eo. lib.

20 c. inter dilectos. de fide instru. † Ex hoc dicit Bal. no. in preludijs feu. in. iiij. col. τ in. c. j. quid sit inuesti. τ in. c. fi. de noua for. fide. φ ex priuilegio principis transfertur dominiũ sine traditiõe cõtra regulã. l. traditionibus. C. de pac. τ. l. si ager. ff. de rei ven. cum si. vnde satis fuit facere mentionem de titu. ex quo absq̃ possessione ius translatum erat. ❡ Non obst. vltimo φ qñ agiť de iure tertij auferendo nõ sufficiat generalis clausula. c. si propter. de resc̃ri. in. vj. qꝛ rñdeo φ hic interuenit specialis non generalis: vt satis clare probatũ est. s. Jta vt superius scriptũ est puto iuris esse ideo ita dico τ cõsulo ego Alexã. de tarta. de Jmo. J. V. doctor in quorũ testimoniũ ꝓpria manu subscripsi ac sigillo solito sigillaui alterius rectius sentientis consilio semper saluo.

❡ Summarium super consilio. clvj.

1 Estimatio in dubio facit emptionem.
2 Verbum dedit importat dominij translationem. 5.
3 Verba eo casu quod non soluatur talis summa teneatur ad tertiaз partem domus.
4 Fructus percepti ex re pignorata pro dote spectãt ad maritũ.
6 De natura vẽditionis est quod non teneatur venditor ad transferendum dominium.
7 Jnstrumenta debẽt reduci ad consonantiam vt euitetur cõtrarietas. 8.
9 Eoipso quod apparet aliter fuisse factum φ̃ a principio fuerit actum presumitur error. 10.
11 Error quando releuat.

❡ Consilium. clvj.



Edemptoris nostri inuocato suffragio. Viso instrũto pmo in quo de anno. M. cccclxvj. Petrꝰ nardi pmisit Torio dare τ ꝯsignare pro dote Joan. filie dicti Petri libras centuз bonoñ. infra terminum annorũ sex τ casu quo in termino non solueret dictã quãtitatez in pecunia numerata promisit dare consignare τ assecurare ipsum Torium pro dicta dote librarum centum boñ. super domo ipsius Petri posita in contrata Rote cũ hoc quod Torius non possit vendere nec eam alienare sed ipsam possit retinere pro habitatione sua pro sua τ tanq̃ suã. Viso etiaз instrũto in quo de anno. M. cccc l. narratur φ cũ Petrꝰ pmisisset Torio in dotẽ libras cẽtum boñ. vel tantã partem dicte domus q̃ ascẽderet ad summã dictarũ librarum centũ: τ qđ Petrus volẽs pmissa obseruare iure ꝓprio τ in perpetuum dedit Torio dotis noĩe medietatez dicte domus τ dictus Torius promisit restituere dictas libras centũ boñ. in oẽm euentum dotis restituẽde. ❡ Viderer pma cõsideratione dicẽdũ dictã quãtitatem pecunie soluto matrimonio esse restituẽdã non aũt dictã dimidiã domus qꝛ hoc aperte videť fuisse conuentũ inter dictas partes in vltimo instrũto ergo in certis nõ aũt certis locus est cõiecturis. l. continuus.

1 §. cũ ita. de verb. obl. l. ille aut ille. §. cũ i verbis. de leg. iij. ❡ † Secũdo hoc colligitur ex datione domus p certa estimatiõe q̃ estimatio in dubio facit emptionem adeo φ in casu restõnis nõ debetur res ſз pretiũ. l. quoties. τ. l. si inter virũ. cum ibi no. C. de iure do. τ in. l. si estimatis. ff.

ꝙ indistincte non teneaṫ creditor ad restitutionē pretij qꝛ si tale pa
ctum hoc operaṫ in eo qui vēdit iure ꝓprio ⁊ nō iure creditoris: vt
d. l. emptor. §. fi. cū ibi notatis multo magis hoc dꝫ operari in credi
tore vendēte iure creditoris cū in talib⁹ magis obligeṫ ꝓ euictione
venditor q̇ vendit iure ꝓprio q̄ creditor qui vēdit iure creditoris. vt
legiṫ ⁊ not. in. l. cū ea cōditione. ff. de euic. ⁊. l. periculū. ff. de pign. vel
saltez qn̄ in creditore vendente nō cōcurrunt illa quatuor de quib⁹
per glo. fi. in. d. l. j. tunc creditor est in eo statu in quo est ille qui vēdit
iure proprio qꝛ teneṫ de euictione: ergo sicut ille q̇ tn̄ de euitione nō
obligaṫ ad restitutionē pretij sequuta euictiōe si actū fuit ꝙ nō tene
retur ad primum: vt. s. ꝓbaui ita esse debet in casu isto cū casus sint
similes seu pares. l. illud. ff. ad leg. aq̇. c. trāslato. de ↄstit. melius in. l.
fi. §. fi. ff. mand. ⁊ ad hoc qđ dictū pactū. s. qđ nō teneaṫ creditor ad ꝑ̄
tiū opereṫ: vt. s. secus vbi nō esset appositū bene facit. l. talis scriptu
ra. ꝟ. ꝙ si forte. de leg. j. ⁊. l. ꝓ̇cib⁹. C. de impu. ⁊ alijs sub. declarādo vt
ꝑ Bar. ⁊ doc. i. l. iij. ff. de le. j. circa fi. ⁊ etiā circa med. iūcta. l. emptorē.
§. sententiam.

§.sententiā.ff.de actio.emp.☞ Deniq̄ dicti de bucciardis cesserūt
iura sua dicto domino duci mutine vt creditores ⁊ habentes obli
gatas dictas cortinas q̄tuꝫ est solū pro summa ducatorū sex miliū
octingentorū nonaginta septem cum dimidia eis vt creditorib⁹ sol
uendorum vnde si solum tractatur de solutione residui vsq̄ ad sum
mam pretij in ducatoꝝ nouē miliū quod fuit totū pretiū quo dictus
baptista procurator domini bonbore vēdidit dictas cortinas certe
quo ad dictum residuum qd ascendit ad sumam ducatorū duorum
miliū centū duorum cū dimidio nō potest dici dictos de bucciardis
vendidisse iure creditoris sed eis de bucciardis facta fuit promissio
solutionis dicti residui vt posset satisfacere alijs creditorib⁹ dñi bon
bore vꝫ illis ad quorū instantiā fuerāt sequestrate dicte cortine pe
nes dictos d̄ bucicardis prout latius in dicto instr̄o ꝯtinetur tamē
precedēs responsio videt̄ pinguior ⁊ tutior.☞ Nec iā dictis obstat
si diceret̄ q̄ q̄uis pactū sit appositū in instrumēto q̄ nō teneant̄ di
cti de bucciardis ad restitutionē pretij tñ nō dꝫ ꝑdesse hoc casū quo
nondum pretium est solutum quasi pactū quo prouidetur q̄ non te
neant̄ bucciardi ad restitutionē pretij sonet ad acq̄rendam eis exce
ptionē sed hoc casu volūt illi de bucciardis acq̄rere actionē ad pre
tiū ⁊ fauorabilius ac facilius conceditur exceptio q̄ actio.l.j.§.qd aūt
aīt.ff.de supfi.l.inuitus.§.cui damus.de reg.iur.q̄ respōdeo q̄ buc
ciardi nō se fundāt ex dicto pacto quo ad actionē suā intētandā ad
pretiū seu quo ad intentionē suā p̄ncipaliter fundandā q̄ intētionē
⁊ actionē suā fundant ex solēni promissione eis facta p̄ factores dñi
ducis Mutine de soluendo eis pretiū sed duꝫ dictis de bucciardis
opponitur exceptio pro parte ducis mutine quod non teneat̄ ad so
lutionem pretij eo quia immineat periculum euictionis ⁊ tunc ipsi
replicāt de illo pacto qd non tenent̄ de euictiōe nec ad pretiū vnde
9 ad replicandum†ita fauemus replicanti sicut faueremus excipiēti
l.fi.⁊ ibi notant oēs.C.de edē.l.pe.§.fi.ff.ad le.fal.⁊ nota.in.l.j.§.edi
tionē.ff.de eden.⁊ ad hūc effectū bene videt̄ facere.d.l.cuꝫ ea cōditio
ne.i prin.ff.de euic.☞ Quīnimo etiā ad hoc secundū p̄ncipale obie
ctum patet aliter responsiuꝫ ex his que dixi circa primum dubiū vꝫ
quod non apparebat de mandato asserti ꝓcuratoris ducis Burgū
die ⁊ quod sequestratio erat etiā alio respectu nulla vt antea dixi.
10 ☞ Nec putaui oportere insistere sup̄ illa difficultate an dictus†sal
uusconductus comprehendat personam concedentis quasi videat̄
quod non iuxta.l.si peculiū.§.sicut.ff.de pecu.lega.l.quicquid.ff.cō
munia predi.l.in inquisitiōe.C.de solu.⁊ no.i.c.petitio.de iureiura.
per glo.⁊ doc.⁊ per glo.⁊ doc.in.c.j.§.fi.in glo.j.in tit.hic finit̄ lex q̄
hec disputatio nullo modo videt̄ necessaria q̄ si dictus saluuscōdu
ctus concernit impedimentū quod inferretur pro parte ducis bur
gundie satis est q̄ ex hoc remouetur illud qd posset allegare ꝑ par
te ducis mutine q̄ si nō pōt sequestrari pretiuꝫ per ducē burgundie
ergo dux mutine non potuit impediri nec molestari aut apud eum
sequestrari pretiū ⁊ consequēter ex ea sequestratione nō pōt dici du
ceꝫ mutine iuste retinere pretiū q̄ remoto p̄ncipio remouet̄ ⁊ id qd
sequeretur ex eo.l.non dubiū.C.de legi.l.oratio.ff.de sponsa.

☞ Summarium super consi.ccxxxvj.

1 ☞ Si sunt duo testes quorū vn⁹ dicat q̄ tale q̄d fuit de nocte ali⁹
dicit q̄ fuit intra diē ⁊ noctē: nō reducunt̄ ad concordiam.3.
2 Licet qñ vnus testis contradicat vni regulariter non stetur fallit tñ
si alter esset tantum melior vel dignior.
4 Quelibet probatio leuis etiam minus legitima qñ est ꝑ vna parte
facit preualere probationem illius partis.
5 Testimonium de auditu facit presumptionem.

☞ Consilium.ccxxxvj.

☞ Quando duo testes sunt ꝯtrarij ⁊ est tertius testis cuius dictuꝫ
potest concordari cum quolibet dictorum testium an probent.



Domini redēptoris nostri
inuocato suffragio. Perspectis attestationibus te
stiuꝫ receptorum ad probandum q̄ Laurentius de
burais decesserit ante dominam Margaritaꝫ eius
vxorem dubium facit q̄ de iure qñ vnus testis cōtra
dicit vni alteri testi ⁊ non pluribus neutri creditur saltem quando
est discordātia ⁊ repugnātia in tempore ⁊ tractat̄ de actu nō reite
rabili per id quod legitur ⁊ no.iij.q.ix.in.c.nihilominus.⁊ in.c.licet
causam.de proba.⁊ nota in.l.testiū.C.de testi.⁊ no.Bal.in.l.iurisiu
randi.C.de testi.in.iij.col.⁊ in rubrica de ꝯtrouer.inuest.in princi.⁊
in.l.de quibus.in penul.col.ff.de legi.sed domina Petra de ripalta
cōtradicit Baptiste de bodutio q̄ domina Petra deponit q̄ Lau
rentius decessit die lune de nocte veniente die martis ⁊ quod domi
na margarita postea decessit die iouis ⁊ nocte veniēte die veneris
Baptista vero deponit q̄ Laurentius decessit die lune ⁊ qd postea
decessit domina Margarita die mercurij i nocte veniēte die iouis
⁊ Bartholomeus de bononis alius testis nō ꝯtradicit vni nec alte
ri: sed dicit qd Laurentius primo decessit ⁊ quod post eius mortem
per duos vel tres dies decessit domina margarita ⁊ sic dictū istius
Bartholomei non magis iuuat dictum Baptiste q̄ dictū domine
Petre imo se habere potest pariter ad vtrunq̄.videtur ergo qd si
mus in casu quod illi duo testes sibi adinuicem cōtradicentes nihil
probent ⁊ per consequens remaneat imperfecte probatū qd dictus
1 Laurētius predecesserit.☞ †Accedit quod not.Bal.in.l.ij.ad fi.C.
quibus res iudi.non no.vbi dicit quod si sunt duo testes quorū vn⁹
dicit quod tale q̄d fuit de nocte alius dicit qd fuit intra diē ⁊ noctē
non reducuntur ad concordiā adeo quod non probabunt sed repu
tabunt̄ singulares.allegat not.in.l.ij.ff.de fur.⁊ balnea.Tamē pre
missis non obstantib⁹ in casu nostro mihi videtur esse probatū suffi
2 cienter quod Laurentius predecesserit.☞ †Ad quod ostendenduꝫ
moueor primo per id quod voluit Joā.an.post Vinc.in.c.in nostra.
de testi.quem ibi omnes sequuntur.vbi dixit quod si vnus testis cō
tradicit vni veruꝫ est qd regulariter neutri statur.fallit tñ nisi alter
esset tm̄ melior vel dignior quod prouocet iudicem ad deferendū iur
iurandum in defectū semiplene probationis.argu.eius quod habe
tur in.l.in bonefidei.cum ibi nota.C.de reb.credi.⁊ reputat do Abb.
panormitanus in.d.c.in nostra.hoc esse singulare verbū.⁊ sequit̄ et
Joan.de imo.in.l.inter stipulantem.§.j.ff.de verborum obligatiōe.
in.iiij.colum.apparet ergo quod prefati docto.volunt quod vbi ap
paret quod alter ex illis testibus contrarijs est maior vel dignior iu
dex prouocatur ad fidem ei adhibendaꝫ tanq̄ semiplene probanti.
Sed constat in proposito nostro quod dictus Baptista quo ad fidē
sibi adhibēdam est dignior dicta muliere q̄ in dubio magis credit̄
testi masculo tanq̄ digniori q̄ femine.l.j.ff.de senato.l.fin.ff.de fide
instrumen.⁊ ita not.Bal.in.d.l.fin.in lectu.florentina.⁊ Ludouicus
romanus in rubrica.ff.de arbi.in.v.charta parua.facit.l.in multis
ff.de statu hominum.Item q̄ est antiquior Baptista vt patet ex as
sertione vtriusq̄ testis ⁊ in dubio quando apparet quis testis sit an
tiquior standum est illi ⁊ eius dictum prefertur vt not.gl.⁊ docto.in
l.cum quid.in glo.ij.ff.si cer.petatur.Si ergo dicto Baptiste est ma
gis credendum adeo quod iudex ei credere potest vt semiplene ꝓbā
ti sequitur quod alia resultabit semiplena probatio ex dicto Bartho
lomei de bononis dicentis quod post mortem Laurētij per duos vel
3 tres dies decessit domina Margarita attento qd dicit†Innoc.in
c.qualiter ⁊ quando.el.ij.de accusa.⁊ Anto.de butri.⁊ Joā.de imo.
eo.titu.in.c.cuꝫ oporteat.⁊ Specu.in titu.de inquisitio.§.nūc tracte
mus.versicu.quid si cum versicu.seq.quod vbi vnus testis deponit
de certo die ⁊ alius testis deponit de illo actu tm̄ nō recordatur pre
cise de illo die satis est quod taliter in genere de tempore deponat
qd possit concordari cū illo teste deponente pe certo tempore ⁊ ꝓba
bunt nisi probatio illius diei esset de substantia.vt in casu.l.optimā
C.de contrahen.⁊ cōmittē.stip.⁊ in.c.ex tenore.de testib⁹.sed in casu
nostro non est de substantia ꝓbare diem quo mortuus fuerit Lau
rentius ⁊ domina Margarita sed solū est de substātia ꝓbare quis
ante fuerit mortuus ⁊ q̄s post.⁊ in dubio p̄sumitur quod testes sint
contestes potius q̄ quod de diuerso tp̄e deponant.ita vult Innoc.
no.in.d.c.qualiter.⁊ Specu.in loco preallegato.⁊ Bal.in.l.de qui
bus.in antepen ul.colum.de leg.⁊ in.l.ij.in vlti.colū.C.de bo.posses.
s̄m tabul.⁊ domi.Abbas in.c.cum Joannes.de fide instrumē.ergo
presumēdum est quod Bartholomeus de bononis ⁊ Baptista sunt
contestes quia dictum vnius non repugnat alteri.☞ Et qd fides
adhibenda sit dicto Baptiste etiam confirmatur per id quod depo
nit magister Antonius magistri Jacobi qui deponit q̄ post mortē
dicti Laurentij vidit die iouis extrahi cadauer dicte dñe Margari
te de domo dicti Laurentij que decesserat in nocte precedēti ⁊ a vi
cinis dicebatur quod illa erat dicta dña Margarita ⁊ qd in dicta
4 domo nō habitabāt tunc alij nisi rotondinus ⁊ dictus Baptista†⁊
quelibet probatio leuis etiam minus legitima qñ est pro vna parte
facit preualere probationē illius partis probationi equali facte in
cōtrarium: vt no.Bald.post glo.in.c.j.§.si duo.de pace te.⁊ dictum
vnius imperfectū suppletur ex dicto alterius imꝑfecto.vt no.Bar.
in.l.admonēdi.ff.de iureiurando.in.xj.col.in versi.quero quid si te
stis deficiat in dicto.per tex.in.c.ex literis.de iureiur.⁊ not.Ant.de
but.in.c.fi.eo.ti.☞ Accedit etiam probatio facta per Simonē quō
dam dñi Joanni ⁊ per Thomam de facinis ⁊ per comitē Christo
phorum de valerijs: ⁊ per Joannem Antoniū de montalli qui etiā
deponunt quod publice dicebatur ⁊ quod fama erat quod Laurē
tius p̄decesserat ⁊ dictus Thomas etiam vidit per tres dies post
sepulturam Laurentij sepeliri dominam Margaritam vā posito
quod illi duo vel tres testes de quibus primo dixi plene nō ꝓbarēt
succedit illud qd not.gl.in.l.ij.in princip.ff.de excusa.tut.⁊ qd habe
tur in.c.cum causam.de proba.scilicet quod que singula non iuuāt
multa prosunt.sꝫ intrepide mihi videtur quod depositio Bartholo
mei ⁊ Baptiste saltē iuncta attestatiōe dicti magistri Antonij abū
de sufficiant: q̄to magis ergo ꝓbabunt cum adminiculo predictorū
aliorū testium etiam si deponerēt de solo auditu delationis aliorū:
q̄ testimoniū de auditu alterius dato q̄ non plene probet tñ facit
5 p̄sumptionē ac†etiam ꝓbat cum alijs adminiculis ita notabiliter
innuit Archi.xxij.q.v.in.c.hoc videtur.allegat.c.cū dilectus.de suc
ces.ab intest.⁊.c.preterea.de testi.notant doc.in.c.tā literis.de testib.

ex quibus omnibus concludo sufficienter esse probatū dictum Lau
rentium predecessisse.

¶ Summarium super consilio.ccxxxvij.

1 ¶ Uasallus dānatus de infidelitate non potest esse testis.
2 Quando pauper sit idoneus testis.4.
3 Paria sunt dicere q quis sit nullius estimationis ⁊ nullius fame.
5 Facilius corrumpitur pauper q̄ diues.
6 Uerbū relinquo significat dispositionem vltime voluntatis.
7 Si testis dicat vnum extra iudiciuz aliud in iudicio nō ei creditur.
8 Compater repellitur a testimonio.
9 Maior dicitur cognatio spiritualis q̄ carnalis.
10 Testi multum amico parti detrahitur de fide.
11 In testib⁹ deponētibus p eūdē sermonē est suspicio subornatiōis.13.
12 Numerus super defectum testium.
14 Uerba p modū liberalitatis plata nō inducunt dispositionem.
15 Quando statutū nō prefigit terminū ad faciendū insinuari pōt insi
nuari quandocunq̧.

¶ Consilium.ccxxxvij.

¶ An duo testes probēt quorū vnus est pauperrim⁹ ⁊ nullius esti
mationis ⁊ leuis fidei ⁊ vno modo dixit extra iudiciū alio modo in
iudicio ⁊ an compaternitas repellat testez ⁊ quid si deponūt ambo
per eundē sermonē ⁊ si dicāt qd titius petijt sibi donari equā a seio
⁊ qd seius dixit qd donabat sibi oia bona specificādo dicātur veris
milia deponere ⁊ probent donationē legitime ⁊ quid si donatio nō
fuit insinuata. ⁊ an amicitia repellat testem.



Domini redēptoris nostri
inuocato suffragio. Perspectis his que in themate
narrant ⁊ omissis nō necessarijs sentio dictū Bar
tholomeū ex allegata donatione non posse se tueri
presertim ex infrascriptis. ¶ Et pmo psupposito q
ad hoc vt duo testes faciāt plena fidē debēt esse p
bate vite ⁊ fidelis cōuersationis: vt habet in.c.l; vniuersis.de testi. ⁊
1 ibi pōderat ad hoc doc. ⁊ ex eo † infert ibi Bal. qd vasallus dānatus
de infidelitate nō pōt esse testis ⁊ idē dicit esse in pditore. arg. illius
tex. ⁊ melius probatur lz ipse nō allegat. ij.q.vij.in.c.nō potest. bene
facit tex. in.l.iij.in prin.ff.de testi. maxime dum dicit honeste ⁊ incul
pate vite ⁊c. Sed presupponit q alter ex dictis duob⁹ testib⁹ indu
ctis ad donationē pbandā scz Andreas est vilissima psona ⁊ leuis
fidei ⁊ nullius estimationis ergo nō pōt dici istum esse testē fidedi
2 gnuz. Concurrit etiā q iste Andreas est pauperrimus † quo casu lz
ille qui simpliciter est pauper non intelligat p hoc q nō sit idoneus
testis regulariter. tn̄ dicit notabiliter Bal. in.c.si qui testiuz.de testi.
quod debet hoc cū modificatiōe intelligi. s. qd aut incidit in pauper
tatem vitio suo ⁊ tunc non est idoneus q: nō solū rerū sed fame sue
prodigus est ⁊ repelletur a testimonio q: vitiosus in se: presumitur
multo magis vitiosus in aliū.l.fi.C.de sen.pas. aut sine vitio suo inci
dit i paupertatē ⁊ tūc si qdē est bone fame idoneus est testis: secus
si est male fame. Si autē est nullius fame. s. neq̧ bone neq̧ male tūc
minus ei creditur nisi qd deficit in fide suppleat numerus. allegat
no. in.d.l.iij.§.eiusdem in verbo numerus.ff.de testi. ⁊ hz ista limitat
ea que not. per glo. in.d.c.si qui. ⁊ per Spec. in tit. de teste.§.j.ver. itē
quod est pauper. sed presupponitur q iste Andreas nō solū est pau
perrimus sed etiā est nullius estimationis ⁊ leuis fidei ⁊ paria sunt
3 dicere q † est nullius estimationis ⁊ dicere q est nullius fame q: esti
matio idem est quod fama.l.pe.in prin.cum gl.ij.ff.de var. ⁊ extraor.
cogni. ⁊ no. gl. in.l.j.in fi.C.ex quib.cau.infa.irrog. nec numerus di
citur suppleri qn̄ sunt duo tm̄ testes quorum vnus vix esset idoneus
alius esset minus idoneus sed soluz quando essent tres vel quatuor
ita vult Jac.but.in.d.l.iij.in prin.post glo.ff.de testi. ⁊ Joan.an.in ad
di.Spe.i titu.de noto.cri.§.fama.in additiōe incipiēte allegato ⁊c.
ptz q: numerus duorū idoneorum est necessarius vt dixi. facit.l.vbi
4 numerus.ff.de test. ⁊.c.in omni negotio.de testib. ¶ † Accedit id qd
no. Jaco.but.in palle.l.iij.in pn̄.de testi. vbi iuxta declarationē illius
l. dicentis inspiciendū esse an testis sit egens vel locuples subiungit
ipse quod si testis hz aliquid in bonis lz non multū credetur ei sed
si est pauper in summa paupertate tunc si summa esset parua forte
ei credet ſm cū sed si esset magna ⁊ maxime criminalis nō crederet
ei nisi cū tormētis. arg.l.serui.ff.de testi. vel minus crederet ei. alle.
id qd habetur in.§.si vero ignoti.in aut.de testi. cū ergo presuppona
tur q iste Andreas erat pauperrim⁹ ⁊ agit de domo ⁊ orto ⁊ equa
que absorbent omnē hereditatē testatoris videt ex doctrina pdicta
5 nō esse ei credendum prout creditur integro testi. ¶ † His cōsonāt
verba Sali.in.d.l.iij.in prin. vbi not. ex illo tex. iuncta glo. quod faci
lius corrumpitur pauper q̄ diues: ⁊ quod tamen paupertas nō re
pellit testē si fides adsit ⁊ ideo querendū est de conditione testis pau
peris ⁊ de eius bona fide ⁊ fama ſm eū. ¶ Diminuitur etiā fides
huius testis ex alio q: anteq̄ deponeret i iudicio pluries extra iudi
cium dixit qd dictus Constantius dixerat dicto Bartholomeo ego
sum contentus tibi relinquere seu tibi relinquo domuz ortū ⁊ equā
⁊ quod si ipse testis interrogaretur i iudicio ⁊ aliter diceret mentire
tur q: ita se habebat veritas ⁊ sic patet qd hz quod Andreas testis
6 asseruit extra iudicium dictus Constantius † testator vsus est vbis
denotantibus dispositionē vltime voluntatis vt significat verbum
relinquo nō autem donationē inter viuos.l.j.§.fi.ff. de tabu.exhibē.
et not. in aut. sed hodie. ⁊ qui manu.non pos. ⁊ not. insti. ex quibus
cau.manu.non pos.§.fina. apparet ergo inspectis dictis verbis qd
Constantius volebat donare causa mortis non autem inter viuos
7 q: donatio † causa mortis est vltima volūtas ⁊ reqrit testes quinq̧.
l.fi.C.de dona.cau.mor. ⁊ constat qd testi qui vnum dixit extra iudi
cium ⁊ aliud in iudicio non creditur ⁊ non reputatur integer testis
c.per tuas.de probatio.no. Inn.in.c.preterea.de test.cogen. ⁊ expres
sius Ant.de but.in.c.cuz in tua.de testi. vbi dixit quod est suspectus
de falso. Ange. etiam in consi.cclxxv.incip. quedā domina Marga
rita tenet quod detrahitur de fide ipsius testis ⁊ ita etiā tenet domi
nus Abbas in.d.c.per tuas per no. per Innocē. in dicto.c.preterea.
¶ Plus dixit Bar. in.l.reos.in prin.ff.ad legem corne.de falsis. qd
talis testis dicitur falsarius: sed illud dictū ego non pono pro con
stanti plerunq̧ enim in hoc sibi contradixerant ⁊ talis disputatio p
nunc non est necessaria. ¶ Et nedū predictus Andreas nō est inte
8 ger testis: sed nec etiam Julianus alius testis q: † est compater quo
casu repellitur p cognationē spiritualem sicut per naturalem ſm
Bald. in.l.generaliter.ff.de in ius vocan. per ibi notata p Guili. de
cu. ita etiaz Salice. in.l.testis.ff.de testi. argu.l.si quis alumnā in fi.
9 C.de nup. ⁊ fulg. in.l.iiij.§.pretor.ff.de in ius vocā. bene facit q: † ma
ior dicitur esse cogātio spiritualis q̄ carnalis: vt dixit gl.xxvij.q.ij.
in.c.qui dormierit. ⁊ inter predictos dicitur esse cōtracta cognatio
spiritualis.c.martinus. ⁊.c.veniēs.cū si.de cogna.spiri. est veruz q
in hoc aliqui contradixerunt volentes quod tale vinculū cognatio
nis spiritualis non inhabilitet testez ideo in hac sola obiectione nō
10 facio magnum fundamentum. ¶ † Et posito quod nō inhabilitet
testis propter hoc tamen satis videtur qd ei minus credet q: etiam
testi multum amico parti detrahit de fide adeo quod semiplene nō
probat: vt inquit Bart. in.l.admonendi.de iureiuran. in.ix.colum.
in versicu. venio ad tertiū. bene facit preallegata.l.iij.in princi. ⁊ est
glo. valde notabilis hoc volens.in aut.de mona.§.cogitandū.in v.
testes.in fi. ⁊ Pe. ⁊ Cyn. in.l.eos.C.de testi. ⁊ Bal.i.l.data opera.in
xxij.colum. qui accusa.non pos. ⁊ not. docto. in.c.quot. post gloss. ibi
de testi. ⁊ Joan.and. in addi. Specu. in titu.de teste.§.j. iuxta princi.
11 in additione incipiente vide quod ibi dixi. ¶ † Laborāt etiā ambo
dicti testes alio defectu q: vt in themate dicitur deponūt p eundem
sermonem quo casu est suspicio subornationis p dictam.l.iij.in pn̄.
12 ff.de testi. ⁊ dicit ibi Jaco.but. † quod duobus testib⁹ tātū ita depo
nentibus non esset credendū: sed si essent tres vel quatuor tunc pu
tat quod numerus suppleret. vt in simili not. gl. in dicta.l.iij.§.eius
dem. quod etiam non credatur dictis deponētibus per eundez ser
monem. not. Specu. in titulo de teste.§.j.versi. item quod testes idē
dicunt ⁊c. ⁊ in.§.nūc tractandum.versic. cautiorem. ⁊ versic. sequē.
⁊ no. docto. in.c.nihil obstat.de verb.sign. ⁊ Bar. in dicta.l.iij.§.fi. ⁊
per Bald. in.l.verbū volo.C.de fideicom. ⁊ in.l.ampliorem.§.j.C.de
tempo.appel. Ang. in.l.si quis ex argentarijs.§.j.ff.de eden. ⁊ Sal.
13 in.l.iurisiurādi.C.de testi. ¶ † Contra ambos testes etiam facit q:
non verisimilia deponunt.d.l.iij.post princi. q: dicunt qd Bartho
lomeus solū petijt equam et quod Constantius dixit dono tibi do
mum: ortum ⁊ equam quod non est verisimile a communiter accidē
tibus facit ratio posita in.l.cū de indebito.in pnci.ff.de pba. ⁊ pser
tim cum Constantius odio perantea habebat dictum Bartholo
meum. ⁊ sic non est verisimile quod euz voluerit tanto munere esse
donatū. arg.l.codicillis.§.matre.ff.de leg.ij. ⁊.l.fi.C.de reuocan. do
na. ⁊ in effectu etiam videret mutasse ⁊ reuocasse effectualiter fer
re omnem dispositionem sue vltime voluntatis quod non est verisi
militer psumendum: quia non psumitur mutatio voluntatis.l.cum
tacitum.ff.de pba.l.cum hic status.§.pinde.ff.de donatio. inter vi
14 rū.c.maiores.de baptis. ¶ † Accedit illud quod habetur in.c.cū ve
nissent.de institu. per quem tex. Ant.de but. dn̄s Cardinalis floren
tinus Joannes de imo. ⁊ dn̄s Abbas inducunt quod verba gene
liter per modum cuiusdam liberalitatis prolata non inducunt di
spositionem adeo quod si tu petis a me talem librum ⁊ ego respon
deo quod nedū de illo libro: sed etiam de omnibus bonis meis fa
ciam ad placitū tuū seu quicquid tibi placebit non obligant. et ita
etiam dicit Ludouicus romanus in rubrica.ff.de arb. circa primam
chartam. ⁊ dicit ita voluisse Bal. in conclusionibus iuris per textū
notabi. in.d.c.cū venissent. ita in effectu videtur fuisse in proposito
attento quod psupponitur quod dicta bona absorbent omnem sub
stantiam dicti Constantij. ¶ Ultimo etiam cōfirmantur pdicta q:
presupponitur statuto cauetur quod quelibet donatio infra.xxx.
dies insinuet alias sit nulla ⁊ qd nunq̄ infra.xxx. dies fuit insinua
ta: certe si opponat de donatione obstabit replicatio quod non est
insinuata: vt p Bart. Bal. ⁊ alios in.l.vniuersa.C.de preci.impera.
15 off.cū simi. ¶ † Plus dixit no. Ange. in consil.clxxxj.incip. in christi
nomine

nomine ⁊ sue matris virginis gloriose. visis instrumentis ⁊c. ⁊ licet q̄ statutū nō prefigit terminū ad faciendū insinuari possit insinuari quandocunq; argu. l. licet. C. de iure delib. ⁊ l. cuz notissimi. in pn. C. de prescrip. xxx. an. tñ non putat q̄ possit insinuari postq̄ foret ceptum dici de nullitate donationis ob defectum insinuationis p ea que habent̄ in aut. eo decursum. C. de dona. ante nup. ⁊ l. fi. C. de iure do. ⁊ per hec puto sufficienter cōstare dictū Bartholomeū non posse ex dicta asserta donatione se tueri ⁊ superuacuum esse discutere an ceciderit a iure suo: eo qd̄ ppria autoritate possessionē dictarū rerum apprehenderit.

¶ Summarium super consi. ccxxxviij.

1 ¶ Possidens sine titulo cum bona fide tñ per spatiuz. xxx. annorū acquirit vtile dominium. 3. 14. 15. 16. 17.
2 Prescriptio sine titulo procedit etiā de iure canonico.
4 Ex possessione longi temporis presumitur bona fides.
5 Si vnus testis dicat de vno tempore respectu possessionis ⁊ alter deponit de citeriori dicuntur contestes.
7 Repetitio testium non debuit fieri ad petitionem partis.
8 Testis examinatus propter obscuritatē dicti sui potest iudicis officio repeti.
9 Cautela contra iura dicentia quod post didicita testificata nō recipiantur testes.
10 Ubi dictum testis multipliciter potest intelligi dicitur obscurum.
11 Senex minus recordatur q̄ iuuenis.
12 Commendandus est iudex si repetat testem ad perquirendam veritatem.
13 Actus petitionis consilij sapientis nō est enumeratus inter actus p quos abdicatur iurisdictio iudici.

¶ Consilium. ccxxxviij.

¶ Si testis obscure deposuit ⁊ pars petat repeti testez vt declaret an iudex postea ex officio suo possit repetere: ⁊ si testis dt̄ q̄ possedit titius a tali tempore vsq; ad tale dicat̄ pbare de possessione cōtinuata. ⁊ an si testes sunt discordes i tēpore qz vnus de. x. annis alius de pluri an diceretur probare in minori.


Edēptoris nostri inuocato suffragio. Pōderatis his de quib⁹ in themate trāsmisso fit mentio ⁊ viso statuto de prescriptione ⁊ his que copiose ⁊ eleganter allegata sunt p clarissimū dñm ↄsulentē breuib⁹ vtar cū res videat̄ bene digesta p dominū ↄsulentem: tū etiā qz ob nuntij festinantiā magna premor temporis angustia. ¶ Et primo aggre
1 dior caput petitorij in quo presuppono quod ille qui possedit etiam sine titulo dummodo bona fide per spatium. xxx. annorū cōtinuorū acquirit vtile dominiū ⁊ si cadat a possessiōe habet facultatē vendicandi aduersus quecunq; excepto solo dño vel eo qui haberet rez hypothecatam a dño. l. si quis emptionis. C. de prescrip. xxx. anno. ⁊ ibi no. quinimo ꝑm opinionez quam ibi tenuit Pet. ⁊ Cy. ⁊ Ray. etiam contra dominum haberet rei vendicationem per illam. l. et respondent ipsi ad versi. itaq; in ea. l. quod refertur ad magis proxima ⁊ sic loquat̄ in eo qui possedisset triginta annis mala fide. Cū hec disputatio non est necessaria: qz reus conuentus non probatur se dñm licet titulum habeat iuxta. l. cum res. cum ibi plene no. C. de
2 proba. ⁊ in. l. j. ⁊ fere per totuz. ff. de publicia. ¶ †Et hec prescriptio sine alio titulo cū bona fide procedit etiam de iure canonico: vt plene in. c. j. de prescrip. in. vj. ⁊ in. c. si diligenti. eo. ti. ⁊ in hoc omisso statuto sufficit vt mihi videt̄ dispositio iuris cōmunis attento qd̄ ius
3 commune non resistat tali presumptioni. ¶ †Videamus ergo an sit probatū de possessione tanti temporis ⁊ bona fide. Et dico quod stantibus his que presupponuntur est probatū de sufficienti tēpore. Nam presupponit̄ q̄ primus testis deponit de initio possessionis Thomasij in anno. M. cccclxij. ⁊ qd̄ possedit vsq; ad tēpus quo dictus Antonius acquisiuit titulū dicte rei quod fuit de anno. M. cccclv. ⁊ sic deponit iste possessionem. xliij. annorum alij etiam sunt testes q̄ fuerūt post ↄclusum in cā repetiti in cā appellatiōis ad declarationem sui primi dicti. Et vbi primo deposuerant q̄ Thomasius possedit a tempore quo recordari poterant vsq; ad tps occupationis facte per dictū Antoniū de anno. M. cccclvj. ⁊ postea repetiti ad declaratiōnē dictorū verborū: scilicet a tempore quo recordari poterunt: dixerunt. scilicet vnus eorū ab annis quinquaginta et citra ⁊ sic probat de possessione. l. an. Alij vero dixerunt ⁊ declarauerūt se recordari ab annis quadraginta sex. Et sic probāt de pos
4 sessione. xxxvj. annorū. ⁊ † ex possessione tanti temporis etiam resultat presumpta bona fides. l. ij. §. si seru⁹. ff. de acquir. possef. no. Inno. in. c. ij. de resti. in integ. ⁊ Bar. ⁊ Sali. in. l. fi. per illū text. C. vnde vi. ⁊ Joan. andr. in addi. Specu. in titu. de teste. §. nunc videndū in prima addi. magna in versi. item opponūt ⁊c. ⁊ Ang. in. l. penult. C. quib. non obst. long. tem. prescrip. ⁊ Ant. de bu. in. c. peruenit. de cēsi. in repeti. ⁊ Anto. de but. in. c. cū ecclesia. circa vlt. col. de causa possess. ⁊ Jo. de imo. in. d. c. ij. de restit. in integ. ⁊ do. Abb. sicu. in. c. si diligenti. de prescrip. Et sic probata sunt extrema necessaria pro parte actoris ⁊ dicti testes concordāt in fine temporis possessionis Thomasij ⁊ cōtinuo antea. ¶ †Et quāuis in tempore quo ipsi testes ce
5 perunt videre Thomasium possidere discordent: qz vnus dicit de vno tempore respectu possessionis de qua ipse testis notitiā habuit alius deponit de alio puta de citeriori tempore tamen in illo minori tempore dicunt̄ cōtestes ⁊ probāt vt expresse concludit Paulus de liaza. in sua disputatione incipiente contra instrumentum debiti. ⁊ Bal. in. l. j. C. de test. ⁊ Joan. de imo. in. c. cum oporteat. in penul. col. de accusa. ⁊ in. l. inter pares. ff. de re iudi. ⁊ in. l. j. §. si stipulāti. de verborū obliga. ⁊ Joan. de fantu. ⁊ moder. in. c. j. de arbitr. in. vj. facit. l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. l. cuz furti. ff. de in litem iuran. ⁊ bonus tex. in. l. sempronius proculo. ff. de lega. ij. nam etiam probatio que fit per instrumenta dz de necessitate concludere. c. in. presentia. de proba. l. neq; natales. C. de probatio. ⁊ tamen videmus q̄ in probatione faciēda per instrumēta in maiori summa dicitur inesse minor adeo quod vtrunq; instrumentum dicitur concordare et probare sufficiēter de minori summa. vt in dicta. l. sempronius proculo.

6 ¶ †Uidendum est igitur an nonnulla que opponūtur pro parte rei habeant obstare. ⁊ primo quod ista repetitio testium nō debuit fieri ad petitionem partis. iuxta not. per glo. in. §. quia vero multi. in auten. de testi. q̄uis ex officio iudicis fieri possit. c. cum clamor. de testib. qz ad hoc respondeo qd̄ verū est quod iudex ad petitionē partis non debet ⁊ sic nō tenetur repetere his verbis scilicet qd̄ non dz vtiliter. gloss. et docto. ibi sequuntur in. c. in presentia. in ver. verbuz dubium. in fi. de proba. ⁊ ita etiā glo. in. dicto. c. cum clamor. ita etiā dicit Specu. in titu. de teste. §. satis vtiliter. versicu. quid ergo si peto ⁊ sic non negant quin iudex possit ex officio suo etiam postq̄ pars petijt plus dicit Specu. in dicto versi. quid ergo. quod q̄uis de iure nō debent repeti parte petente tamē de consuetudine secus est. ad postulationem autem iudicis etiam de iure fieri potest vt ibi per eū alias tamen si diceremus quod postq̄ pars petijt testes repeti non posset per iudicem ex officio suo fieri repetitio sequeretur quod semper esset i potestate aduersarij mei impedire: nec iudex posset repetere testes obscure deponentes quorum repetitio posset esse mihi fauorabilis: qz pars aduersa posset incontinenti publicatis attestationib⁹ petere q̄ iudex repeteret testes: vt obscure deponentes ⁊ facta tali petitiōe impediretur iudex ex officio posse repetere: ad hoc etiam magis moueor: quia hoc videtur decidere Specu. ⁊ Joā. an. in addi. Specu. in titu. de proba. §. videndum. versic. sed quid si debitor iurauit. vbi singulariter dicunt quod si debitor iurauit nō probabitur nisi per instrumentum incisum: an tale iuramentū erit seruandum referunt quosdam dicere quod non. argu. c. si diligenti. de foro competen. ⁊. l. nō dubium. C. de legi. tamen ipsi contrariū decidunt per. c. si vero. de iureiuran. vnde ꝑm eos tunc consilium est qd̄ ille qui ita iurauit procuret si poterit testes recipi ex officio iudicis facit ad hoc ꝑm Joan. an. ibi id qd̄ habetur in. c. ad nostram. el. ij. de
8 iureiurā. ¶ †Hoc in terminis nostris specifice firmat Pau. de cast. cōsulendo in ↄsilio. cccxvij. incipiēte in Christi nomine in causa de qua queritur vbi expresse dicit quod testis semel examinatus propter obscuritatem dicti sui potest iudicis officio repeti etiaz postq̄ pars petijt repeti testez q̄uis iudex non teneatur ad partis petitionem hoc facere: ita dicit se intelligere glo. in dicta. §. qz vero al's est. in. §. illud ⁊ ea que no. Innocē. in. d. c. cum clamor. ⁊ sic verum est q̄ si iudex non vult parte petente repetere non teneret̄ parti in syndicatu ad interesse: cum sit in suo arbitrio facere vel non: ⁊ sic nō grauat partem si non vult facere ꝑm Paulum de castro in dicto cōsilio ad hoc allegantem id quod not. Innocen. in. c. cōquestus. de ferijs.

9 ¶ †Ad hoc dicit se inducere id quod in simili not. Bart. in. l. cōsentaneum. C. quō ⁊ quando iu. circa medium. ⁊ in. l. iij. §. si tibi. ff. de cō di. ob tur. causam. ⁊ quod not. Bald. in. l. ampliorem. ad finē princi. C. de appel. vbi dat cautelā contra iura dicentia quod post didicita testificata non recipiātur testes quod iudici dentur per partē nomina testium ⁊ poterit iudex parte absente recipere testes ex officio: licz non compellatur q̄ nō timetur in eo subornatio. ar. C. de accusa. l. ij. ⁊. C. qui accu. nō pos. l. ij. ⁊ qd̄ bene facit iudex si hoc facit cum ad ipsum ptineat eū immutari. xxx. q. v. iudicantē. ⁊. l. ij. C. de edē. autē. qui semel. C. quomodo ⁊ quando iudex. etiā post conclusum in causa. c. cum Joannes. de fide instru. l. vbicūq;. de interrog. act. ⁊ nō debet ista larga potestas data iudici impediri ex eo q̄ quis petierit arg. l. ne in potestate. ff. de arbi. ⁊. l. si idē cum codē. ibi ne in potestate. ff. de iurisdi. om. iud. ꝑm eum in dicto consilio subdentem qd̄ etiaz videtur quod ad partis petitionez possit quando intercessit aliqua negligentia examinantis per quā aliquid omissum est in depositione testis per id qd̄ habetur in. c. per tuas. de testi. ⁊ Specu. in titulo de test. §. nunc videnduz. versi. vlti. ⁊ ostendit posse in casu suo fuisse negligentiam in examinatore taliter qd̄ potest adaptari ad casum nostrum: tamen qz hoc vltimum nō puto necessarium. ideo in eo nō
10 insisto. ¶ †Dicit etiā in dicto consilio quod dictū testis quo ad propositum dicitur obscurum: vel incertum quoties multipliciter pōt intelligi. l. ita fidei. ⁊. l. non intelligitur. ff. de iure fisci. de quo etiam

plenius traditur in.l.quoties in stipulationibus.ff.de verb.oblig.
⁊ in.l.veteribus.ff.de pact.⁊ expresse Hosti.⁊ Joā.an. Anto.de bu.
⁊ expressius Joan.de imo.in.d.c.cum clamor.volunt qd̄ quomodo-
cunq̄ possit esse dubium dictū testis q̄uis per iuris interpretatio
nem verba possent habere vnum intellectum magis q̄ alium:nā
iudex pōt repetere ex officio testē:q: in omni causa dubia sunt de-
claráda.d.c.cū ioannes.¶ Non dubitat aliquo modo q̄ dictuz illo
rum testium deponentiū per illa verba.s.a tempore de quo possum
recordari:pariūt incertitudinē ⁊ dubietatē maximā:q: vnus q̄nq̄
parum recordatur quādoq̄ multum s̄m infirmitatē memorie ⁊ s̄m
diligentiam adhibitā in remomorando.l.peregre.in prin.cū glo.ff.
11 de acq.pos.vnde minus recordatur † senex q̄ iuuenis de his q̄ vidit
12 teste Seneca in declamationibus:vnde cōmendādus † videt̄ iudex
q̄ ad perquirendā veritatē ⁊ mentē testis si ab eo repetijt a quo po-
13 terat melius hoc scrutari q̄ ab alio.¶ † Non ēt est opportunū insi-
stere:an illa repetitio fieri potuerit post petitū ꝯsiliū sapientis cum
nondū tamen facta esset cōmissio seu relata ad consultorez:q: talis
actus petitionis nō est enumeratus inter actus per quos abdicetur
iurisdictio iudici.facit qd̄ no.Jnno.in.c.cum speciali.de ap.bene re-
14 peritur † q̄ ista relatio cui equiparat̄ cōmissio cause facta cōsultori
eq̄paratur ipsi recusationi vel appellationi:vt per Jo.an.in rub.de
ap.in antiq̄s.⁊ in.c.legitima.de app.in.vj.⁊ Bald.in.l.fi.C.de rela.
15 Salyc.in.l.j.eo.titu.sz nō ipsa petitio relatiōis.¶ † Nō obstat etiā
q̄ allegat̄ mala fides p̄scribētis ex eo q̄ alij plures erāt fratres q̄b⁹
delata erat hereditas patris q: respondeo q̄ aduersus istū p̄scriben
tem.⁊ qui possedit spatio.xxx.annorū ⁊ vltra nō pōt allegari q̄ pre
sumatur esse in mala fide.attēto q̄ titulū nō habet nisi hoc allegare
tur a vero dn̄o vel antiquiore possessore:vt in.d.l.fi.⁊ ibi no.Bar.ad
16 fi.C.vnde vi.cū concord.¶ † Preterea si possedit spatio.xxx.an.⁊ nō
appareat q̄ illi alij filij vel alij tanq̄ heredes eorū ante lapsum.xxx.
anno.adiuerint hereditatē fuerūt exclusi a iure adeūdi vel immiscē
di.l.lz cum ibi plene no.per gl.⁊ doct.maxime Bal.C.de iure delib.
⁊ sic perinde est ac si retro nullū ius habuissent.l.seruum filij.§.j.de
leg.¶ Quo autem ad allegataz diuisionem nō est etiā opus insiste
re q: illa non est probata per testes qui non concludenter nec verisi
milia deponunt q̄tum ad hoc vt euidēter ex dicto eorū ptz.¶ Nō
17 ob.si diceretur nō esse ꝓbatum † de ꝯtinuata possessiōe.iuxta.l.ij.C.
de prescrip.lon.temp.cū si.q: respondeo attēto q̄ testes deponūt q̄
Thomasius possedit a tali tempore vsq̄ ad tale tp̄s dicunt̄ ꝓbare
continuatā possessionē:ita in indiuiduo decidit Albericus de rosa.
in suo dictionario ī verbo vsq̄ .allega.§.qd̄ si fugerit.instit.de emp.
⁊ ven.⁊.c.ij.de cap.mo.qd̄ dicit esse menti tenēdū.facit qd̄ no.Bald.
⁊ Ang.ī proe.ffo2 in p̄n.⁊ q: q̄n apparet quē possedisse aliquo tpe:
⁊ ipse allegat se postea ꝯtinuasse possessionē:presumit̄ ꝯtinue posse-
disse vsq̄ in tp̄s quo apparet aliū possedisse p.l.siue possidetis.C.de
proba.no.Bart.in.l.celsus.cū cōcor.ff.de vsucap.

¶ Summarium super consilio.ccxxxix.

1 ☞ Si testator dixerit lego titio q̄tuz ei per epistolas scripsero, vz legatum.
2 Quomodo intelligat̄ tex.in.l.cōparationes.C.de fide instru.4.
3 In casu isto statur dicto heredum.
5 Apodissa quando faciet fidem.7.
6 Quando testes sine comparatione literarum faciant plenā fidem.
8 Scriptura que respicit fauorem ipsi non probat.
9 In probationibus attenditur verisimilitudo.
10 De iure canonico requiritur bona fides.
11 Dictū aduersarij mei est sufficiēs ad bonā fidē inducendā.12.

¶ Consilium.ccxxxix.

¶ Plura vtilia in materia cōparationis literarū:⁊ q̄d si testor dixit relinquo illas quātitates quas debeo titio prout apparet descriptū manu mea in libris suis quomodo ꝓbabit̄ q̄ illa scriptura manu testatoris adeo q̄ sit plene probatū.Et aliqua in materia p̄scriptiōis actionis personalis.



Redemptoris nostri inuoca
to suffragio.Ponderatis his que in themate narrātur.
Super primo dubio quo queritur an dictus dandus
heres Henrici dandi et heres dicte dn̄e Philippe pete
re possit a Hieronymo herede dicti Vincentij dictam quantitatez
librarum centum quinquaginta vigore maxime dicte scripture di-
cti Vincētij scripte in libris dicte domine Philippe seu in effectu he
redum dicti Henrici ⁊ vigore testamenti dicti Vincentij ⁊ aliorum
de quib⁹ in dicto themate ⁊ omissis superfluis breuiter puto dictū
dandum agere posse ⁊ suam intentionem probari per dictum testa
mentum ⁊ scripturam dictorum librorū ad quā se retulit testator.
1 ¶ † Moueor principaliter p tex.in.l.si ita scripsero.ff.de ꝯdi.⁊ de-
mon.vbi si testator dixerit lego titio q̄tum ei p epistolas scripsero va
let legatum in ea quantitate que continetur in epistola.vnde infert
ibi Bar.ad questionē testator dixit volo qd̄ heres meus det illud qd̄
scriptum est in schedula quam reliqui apud guardianū fratrū mi-
norum:guardianus ostēdit schedulam an valeat:arguit primo qd̄
nō q: illud qd̄ in testamento nuncupatum relinquitur dz a testibus
exaudiri.l.heredes palam.in princi.ff.de testa.sed hoc non fuit exau
ditum a testib⁹.ergo ⁊c.preterea illa voluntas videtur captatoria ⁊
collata in volūtatē guardiani q: poterit scribere guardianus in ea
quid volet.ergo non valet.l.captatorie.ff.de leg.j.⁊.l.si quis sempro-
nium cum vulgaribus.ff.de here.instit.Item illa schedula nō est so
lennis cum non sit legitimuz testamentum ⁊ sic non valet.l.fi.C.de
fideicom.⁊ ita dicit determinasse Jaco.de bel.sed Bar.dicit se puta
re hoc esse verum quando nō appareret illam schedulā esse testato
ris ex legitima literarum comparatione vel alijs legitimis indicijs
al's autem valebit per dictā.l.si ita scripsero.⁊ per.l.quem heredi.ff.
de rebus dub.⁊ ibi etiam no.Bar.⁊.l.his verbis.in prin.ff.de lega.
iij.⁊.l.theopompus.ff.de dote prelcg.⁊ per.l.fi.C.de fideicō.s̄m vnā
lec.⁊ ad allegata in contrarium respōdetur per Barto.in.d.l.si ita.
cuius verba nō expedit referre.⁊ idē tenet Bal.in.d.l.si ita scripsero
vbi hoc dicit esse verū etiaz si illa schedula non habeat solēnitatē te
stiuz.⁊ ꝓ hoc addit.l.cū pater.§.donationis.⁊.l.fi.in prin.ff.de lega.
ij.idem etiā tenet Bal.in.l.captatorias.in.v.q.C.de testa.mil.⁊ ibi
dicit qd̄ si testator mandauit stari sue schedule deposite apud sacri-
stam fratrū qd̄ talis scriptura probat q: est approbata per ipsius
testatoris confessionē.vt in aut.ad hec.C.de fide instru.⁊.l.in testa-
mento.la.j.⁊.l.si ita scripsero.ff.de condi.⁊ demon.⁊ qd̄ non potest
negari scriptura apparēs de manu testatoris quam testator de sua
manu esse fuit ꝯfessus arg.l.cū antiquitas.versi.si nantē.C.de testa.
idem tenuit Joan.de imo.in.l.illa institutio.ff.de here.instit.⁊ in.c.
cū tibi.de testa.ī vlt.char.d̄ testa.⁊ Sali.ī.d.l.fi.C.de fideicō.⁊ Pau.
de cast.in.l.vbi autem nō apparet.§.sed qui vinum.ff.de verb.obli.
⁊ subdit Joā.de imo.in.d.l.si ita scripsero.quod Bar.ibi approbat
2 in dicta.q.illa † que ipsemet Bar.voluit in.l.nuda ratio.ff.de dona.
vbi cōcludit quod tex.in.l.comparationes.C.de fide instru.est corre
ctus solum in appodissa que datur a parte parti ad vtilitatē ipsius
nam tunc comparatio non facit plenā fidem.sed al's extra illum ca-
sum facit plenā fidem ⁊ sic videtur s̄m Jo.de imo.quod in casu pre-
dicto faciet plenā fidem ad hoc.nam relatio testatoris ad scripturā
corroborat fidem eius.ad hoc tex.in.d.l.theopompus.¶ Preterea
constat ex verbis testamenti quod in libris dictorum heredum dz
apparere scriptura manu Vincentij predicti qualiter dict⁹ Vincen
tius confitetur se habuisse a dicta domina Philippa certas quanti
tates denariorū in quibus ipse restat debitor:vnde si in libris dicto-
rum heredū nō reperitur alia posta q̄ sonet scripta esse manu dicti
Vincentij testatoris continens ipsum cōfessum fuisse habuisse ⁊ re
cepisse a dicta domina Philippa certam quātitatem denariorū in
qua restet debitor nisi ista posta in qua ꝯfitetur habuisse libras tre-
centas bonon̄.sequitur quod perinde testator cēsetur sensisse de ista
ac si testator eam specialiter ⁊ sigillatim cū eius tenore expressisset.
l.ij.ff.de libe.⁊ posthu.facit quod not.Bar.in.l.qui rome.§.duo fra-
tres.in.vj.q.ff.de verb.obli.⁊ tex.in.l.fundus qui locatus.ff.de fun.
instru.lega.⁊ qd̄ per illū tex.no.Bal.in.l.liberti liberteq̄.in antepe.
col.C.de oper.liber.facit qd̄ not.doct.maxime Bal.ī aut.qd̄ sine.C.
de testamē.⁊ nō possunt verba dicti testamēti Vincentij intelligi de
posta loquēte de solidis tringintaseptē quos asseruit Vincētius se
dedisse domine Philippe q: verba testamenti non conueniunt isti
3 poste cui est satisfactū:vt patet ex tenore scripture ⁊ stabitur † dicto
heredum dicti Hērici ⁊ domine Philippe producentiuz vnum aut
plures libros quos habeant seu habere asserant ⁊ dicūt plures nō
fuisse nec esse libros dictorum heredum.l.cum de lege.cū ibi not.ff.
de proba.no.Bart.in rubr.ff.de oper.no.nūtia.in vlti.colum. ⁊ no.
Bar.in.l.decem.in princi.ff.de verb.obliga.⁊ in.l.si cōstāte.in.j.q.j.
partis principalis.ff.solu.matrimo.⁊ in.l.fi.§.licētiaz.C.de iure de-
libe.⁊ in.l.conficiuntur.§.codicilli.in fi.ff.de iure codi.⁊ Ang.⁊ moder.
in.l.cum ex causa.⁊ in.l.a diuo pio.§.in vēditiōe.ff.de re iudi.⁊ facta
diligenti ꝑquisitione in libro vel libris predictis ⁊ nō inuēto q̄ nul
la alia posta sit intitulata scripture manu dicti Vincentij q̄ ꝯtineat
Vincētium cōfiteri habuisse ⁊ recepisse a domina Philippa certā
quātitatem denariorū in qua sit debitor nisi ista posta librarū trecē
tarum erit legitime probatum illam esse postā de qua fit mētio in
testamento vbi non plures essent poste ad quas possent adaptari
verba dicti testamēti.tūc ꝯsulo quod ꝓcedatur ad cōparationē scri-
pture predicte.⁊ cōperto per cōparationem quod illa scriptura fue
rit manu Vincentij sufficiet ⁊ si viuit ille Benedictus testis subscri-
ptus poterit etiā ipse examinari cuius probatio valde ꝑficua esset
vt infra ostendam.negari ergo tunc non poterit quin per argumē-
ta ostēdatur illam esse scripturā manu dicti testatoris que argumē
ta requirit tex.in.d.l.qui heredi.¶ Accedit quod cum ī dicto libro
sint saltem due scripture manu dicti vincētij prout allegat̄ pro par-
te dandi:quia tunc non ita est suspecta fides cōparatiōis nec requi
ritur depositio testium prout quādo tractatur de cōparatiōe vnius
apodisse in qua facilius potest quis committere mutationē verita-
tis seu adulterare scripturam vt colligitur ex not.per Bart.ī aut.⁊
si contractus

si cōtractus cū seq.C.de fide instru.⁊ in.d.l.nuda.⁊ per Bald.in aut.
sȝ nouo iure in.ij.vel.iij.col.C.si cer peta.⁊ Sali.clare.in.d.l.cōpara-
4 tiones.in fi.¶Accedit† ꝙ dixit Barto.⁊ Moderni in.l.admonendi.
ff.de iureiur.quē sequitur Anto.de bu.in.c.ij.de fide instr.vbi notan-
ter volunt ꝙ quando tractatur de fide priuate scripture negate.⁊ illa
sit comprobata per solā comparationē potest esse tanta vis compara-
tionis ꝙ per ipsam solam comparationem dabitur plena fides prout
ipsi iudici videbitur:probant ipsi per id quod habetur in aut.de instr.
cau.⁊ fide.§.si vero tale.vbi habetur ꝙ si cōparatio contradiceret di-
cto testium iudex posset adhibere fidem dicto testiū vel comparationi
literarum ſm quod sibi videbitur.Sed quis futurus erit equus iudex
ꝙ stante dispositiōe dicti testatoris ⁊ exhibitione libri ⁊ dictorum he-
redum ad quem se retulit testator ⁊ in quo libro sint saltē due scriptu-
re eiusdem litere in quibus cōtineatur ꝙ sunt manu dicti Vicentij con
currente postea comparatione aliarum literarum dicti Vicentij ad
scripturam positam in dicto libro plenam fidem ei non adhibeat.
¶Accedit illud quod dicim⁹ que singula nō iuuant multa prosunt.c.
cū causam.de proba.⁊ ibi no.c.fi.de succes.ab intesta.⁊ quod voluit gl.
no.in.l.ij.i prin.ff.de excusa.tu.nec necesse est ꝙ scriptura ad quā fit cō
paratio,i.ipsa scriptura in dicto libro predictorum heredum habeat
testes subscriptos:vt sit locus comparatiōi licet debeat habere subscri
ptionem testium alia scripta ex qua fieret comparatio id est que pro-
duceretur ad probandum scripturaȝ positā in dicto libro esse manu di
cti Vicentij ⁊ de illa loquitur tex.in dicta.l.cōparationes.vt ibi plene
no.per glo.⁊ doc.et ꝙ procedi possit ad comparationē scripture priua
te negate etiam si nulli sint testes subscripti in ea:vel etiam null⁹ ali⁹
interuenerit ex cuius dicto possit iuuari cōparatio late probat ⁊ firmat
Sali.in aut.sȝ nouo.in vlti.col.C.si cer.pet.maxime per.§.si quis igi-
tur.⁊.§.si tamē quisq̄.in aut.de instru.cau.⁊ fide.inducendo vt ibi per
eum.⁊ patet ex no.per Barto.in.d.l.admonendi.dum allegat.§.si ve
5 ro.in aut.de instru.cau.⁊ fide.est verū† ꝙ qñ tractaretur de probatio-
ne facienda per apodissam datam a parte parti non concurrentibus
alijs adminiculis de quibus supra ad hoc vt talis apodissa negata
faceret plenam fidem vna cū comparatione requireret vel ꝙ illa apo
dissa haberet subscriptionem testiū ⁊ partiū vt.l.scripturas.C.qui po.
in pig.ha.ſm qd intelligit Jaco.de bel.⁊ etiā Bar.in aut.⁊ si contra-
ctus.C.de fi.instru.⁊ in.l.admonēdi.de iureiur.⁊ Anto.de but.in.c.ij.
de fi.instru.vel ꝙ si nō haberet subscriptionē testium saltē vltra com-
parationē probaretur per testes ꝙ fuerit scripta manu debitoris per
id quod habetur in.§.sed si qs.in aut.de instr.cau.⁊ fid.¶Forti⁹ vo-
6 luit Host.⁊ Jo.an.in.c.ij.de fi.instru.⁊ clarius ibi Joā.de imo.⁊ etiam
Jac.de are.⁊ Cy.in.d.l.cōparationes.in fi.⁊ Jo.de imo.in.l.nuda rō.
ff.de dona.⁊ Lu.ro.in.l.admonendi.ff.de iureiu.ꝙ soli testes probant
illam scripturam esse manu talis ⁊ reddūt cām:quia hoc sciunt ex eo
ꝙ fuerunt presentes ⁊ viderūt ipsam scribi ⁊ qd de hoc bene recordā-
tur ꝙ tales testes soli sine cōparatione scripture facient plenā fidē:ex
quo deponūt cū sufficienti ratione dicti sui iuxta not.in.c.cum causam
maxime per Inn.de testi.quāuis Bar.tenuerit contrariū.Secus si te-
stes deponerent ꝙ esset scripta manu dicti talis ⁊ non redderent rōnē
modo predicto:sȝ dicerent ꝙ cognoscunt literā ⁊ habent ipsam notaȝ:
ideo sciunt eam esse scripturā ipsius:quia tunc possunt faciliter deci-
pi in cognitione scripture.⁊ ꝙ soli testes deponentes concludenter ꝙ
fuerūt presentes.⁊ ꝙ viderunt scribere istam scriptam per talem pro-
bent plene sine comparatione probatur ſm Joā.de imo.in locis.s.al-
leg.per tex.in.§.si vero tale.in aut.de instru.cau.⁊ fide.iuncto eo quod
habetur in princ.d.aut.vbi pȝ ꝙ si testes deponāt se fuisse p̄sentes scri
pture:licet comparatio literarū facta ad instātiam eius contra quem
ꝑducitur scriptura faciat contra dictos testes tamen potius credit̄ te-
stibus de veritate rei deponētibus.scilicet qd vere fuerit scripta p talē
ergo multo fortius debet credi quando non habent comparationem
literarum contra se.⁊ sic vbi incipias a comparatione apodisse.⁊ tunc
regulariter illa sola cōparatio nō sufficit non cōcurrente alio admini-
culo.sed oportet quod iuuetur testibus vel alio argumento.⁊ sic intel-
ligitur tex.in.§.si quis igitur.⁊ in.§.sed ⁊ si quis.in auten.de instrumē
torū cautela ⁊ fide.sed si incipias ab ipsis testibus deponētibus se fuis
se presentes scripture ⁊ vidisse illā scribere non est necessaria alia com
paratio ⁊ ita est de mente Jaco.de aret.⁊ Cyn.in.d.l.cōparationes.in
fi.⁊ Host.⁊ Jo.an.in.d.c.ij.⁊ clarius Joan.de imo.ibi ⁊ in.d.l.nuda.et
7 Romanus in.d.l.admonēdi.¶Istud idē† fuit de mente Salx.in.d.
l.comparationes.in vlti.col.vbi dixit ꝙ si scriptura priuata.s.apodis-
sa producta nullas habet subscriptiōes testium:nec alterius q̄ solius
debitoris scribentis ⁊ facta est comparatio de ipsa scriptura.tunc ta-
lis cōparatio probat semiplene scriptam negatam ab illo fuisse scri-
ptam ideo vt plene probetur erit secundum eum opus alio argumēto
⁊ ſm eum erit bonum argumentum ad ipsam iuuandam vnus testis
qui deponat super cōfectione scripture:quia tunc ex istis duabus semi
plenis probationibus fieret vna plena probatio iuxta not.in.d.l.ad-
monendi.⁊ in.l.in bonefidei.C.de rebus creditis.⁊ si testis non habe-
tur poterit recurri ad iuramentum deferendum parti super confectio-
ne ipsius scripte pro supplēda illa semiplena probatione per notata

in.d.l.in bonefidei expressius.in.§.si tamen quisq̄.vbi glos.in aut.de
instrumentorū cau.⁊ fide.ergo si dictus benedictus testis qui fuit pre-
sens ⁊ se subscripsit est viuus ⁊ possit deponere de cōfectione scripture
tunc ex dicto eius ⁊ sola comparatione etiam vbi non adduceretur
coniectura resultans ex testamento esset sufficienter probatum ita vult
Sali.⁊ sic patet qd Sali.voluit ꝙ si plures sunt testes deponentes de
cōfectione scripture sufficeret ad plenam probationeȝ prout voluerunt
alij doct.quorum dicta supra ad hunc effectuȝ retuli vt intelligatur qd
depositio dicti benedicti per se sola sufficeret ꝓ semiplena probatio-
ne quando cessaret comparatio ⁊ coniectura testamenti ⁊ ea de quibus
supra dixi ⁊ dato ꝙ de iure dictum illius testis non faceret semiplenaȝ
probationem adhuc negari non potest comparationem vna cum tot
alijs concurrentibus sufficere per superius dicta.vbi autem scriptu-
ra priuata non subscripta a testibus non esset comprobata per com-
parationem:nec per depositionem aliquorum testium adhuc faceret
aliquam presumptionem pro producente ſm Barto.singulariter in
d.l.admonendi.⁊ Anto.de but.⁊ Moder.in.d.c.x.quia non est veri-
simile quod quis confecerit falsam scripturam pro quo magnam pe-
nam expectaret:qȝ scit qd de facili per comparationeȝ literarū posset
probari contrarium quantum ergo debeant operari in casu nostro
4 ꝙ† aũt dictũ fideicommissum intelligatꝛ factũ sub cõditione patet qꝛ intelligitur factũ sub conditione si aliquis filiorũ decederet sine liberis d. l. cũ acutissimi. cum simi. ꝛ patet ex illis verbis substitutionis dum dicit pupillariter ꝛ per fideicommissum que substitutio pupillaris habet annexam conditionem mortis filij in pupillari etate decedentis ꝛ si intelligeretꝛ ꝙ dictum fideicommissum fuisset purum ꝛ reciprocum fuisset in auf. l. ab omnibus. §. si tityo. in fi. cũ gl. ff. de leg. j. ꝛ no. Bar. in. l. j. in. xj. q. ff. de iure codi. ꝛ fieri debet interpretatio ꝙ dispositio testatoris non sit inanis: quia ita fuisse videtur mens testantis. l. meui⁹. in prin. ff. de leg. ij. l. si quando. in prin. ff. de lega. j. l. quoties. ff. de reb.
5 dub. ¶ Sed bene dico† ꝙ quamuis deduci possit nedum legitima: sed etiã trebellianica ꝛ als fructus percepti p filiũ testatoris grauatũ de restituendo hereditatẽ per fideicõmissum post mortem alteri non computentur in quartam trebellianicam: vt. l. iubemus. C. ad trebel. tñ illud videtꝛ verũ esse quando non deduceretꝛ legitima: sed sola trebellianica: vt. d. l. iubemus. in prin. in verbo dodrans restituai: sed vbi deduceretur etiam legitima tunc videtur ꝙ remanemus in regula que habet ꝙ fructus percepti per heredem idest per dictum dñm zenonem de parte sua hereditatis computantꝛ in trebellianicam si ad idẽ ascendunt seu quatenus ad illam ascendunt per regulaz. l. in fideicommissoria. in prin. cum ibi no. ff. ad treb. ꝛ ita tenet Paul. de cast. in. l. mulier. §. cuz proponeretꝛ. ff. ad treb. ꝛ ita consuluit ipse in suo consilio nonagesimo incipiente in christi noie: quia dubia supra formata ꝛc. in fine dicti consilij: tñ quia ista est decisio noua nõ pono cã pro cõstãti. ¶ Quo
6 ad tertium† dubiũ quo queritꝛ vtrũ posito ꝙ Joannes Andreas velit venire ex substitutione facta i dicto primo testõ pr̃is sui possit ei obijci ꝙ dñs zeno videatꝛ voluisse relinquere dictis filijs Joannis Andree aĩo compensandi cũ dicto fideicommisso. Et breuiter rñdeo ꝙ nõ intelligitꝛ relictũ aĩo compensandi: quia etiã si reliquisset dicto Joãni andree ꝙ fortius est non intelligeretur relictũ aĩo compensandi cum dicto fideicommisso paterno casus est in. l. lucius tityus. in prin. ff. de le. j. l. creditorem. ꝛ. l. fi. §. filiũ. ff. de leg. ij. l. vnica. §. sciendũ. C. de rei vxo. ac. l. creditor. C. de lega. Laus deo.

¶ Consilium. ccli.

¶ An testis qui primo deposuit extra iudicium vno modo ꝛ alio modo in iudicio possit torqueri ꝛ an preferatur dictum in tortura.



Quidam testes recepti fuerunt pro causa falsitatis contra quendam notarium criminaliter prosequenda ꝛ aliquis dictorum testium fuit primo examinatus in iudicio cũ iuramento. et certo modo deposuit: postea vero etiam in iudicio examinatus super

natus super eodem deposuit cōtrarium etiam circa substantiam facti cui facto dicti testes interfuerunt. quidam etiaz ex dictis testibus pri⁹ extra iudicium certo modo deposuit etiam de dicto suo conficiendo scripturam manu propria signatam postea in iudicio contrarium deposuit. queritur an iudex iuste fecerit si dictos testes ad torturam posuit occasiōe dicte vacillatiōis. ꝛ sic an eos torquere debuerit. ¶ Bre
1 uiter †obmissis non necessariꝭ dico ꝙ iudex fecit id qđ facere debuit si dictos testes torsit: qꝛ testis vacillans potest ratione vacillationis torqueri postꝗ̄ facto de quo q̄ritur interfuit. l. ex libero. ꝛ ibi gl. ꝛ doc. ꝛ. l. vni⁹. §. testes. cum glo. ff. de questio. not. Innocen. ꝛ aliꝭ in. c. cum in contemplatione. de regu. iur. ꝛ not. Dy. in regula sine culpa. lib. vi. et Cy. in. l. fi. C. de questio. ꝛ Paulus de liaza. in commento. c. grauis. de deposito. ꝛ Bal. in. l. milites. C. de questio. ꝛ in. l. iiꝭ. C. ad legem iuliā de adul. Quod autem testis etiam qui extra iudicium vno modo deposuit de hoc conficiendo etiam scripturam sua manu annotatam et postea in iudicio deposuit contrarium dicatur vacillare probatur in l. eos. in secundo responso ibi dum text. dicit ꝛ eum qui contra signum suuz ꝛc. ff. ad legem cor. de fal. ꝛ ibi not. Barto. ꝛ Pet. de ancha. in clemen. testibus. extra de testibus. ꝛ not. Anto. de but. in. c. cum in tua. de testi. vbi dicit ꝙ etiam quādo ista vacillatio est circa ea que ipse testis dixerat extra iudiciuz ꝛ in iudicio reddit eum suspectum de falso adeo etiam quod potest torqueri. allegat ea que no. in. l. capite quinto. ff. de adulte. ꝛ que notantur in. c. per inquisitionem. de elect. etiam si primo deposuisset in iudicio ꝛ secundo deposuisset contrarium extra iudiciū quanto magis idem si primo dixit extra iudicium postea contrarium dixit in iudicio cum dictum in iudicio magis infringatur ꝛ elidatur quando testis primo dixit contrarium extra iudicium ꝗ̄ quando secundo dixit extra iudicium contrarium eius quod primo dixerat in iudicio: vt patet ex distinctione quam ponit Bartol. in. d. l. eos. ꝛ Pet. de ancha. in dicta clemen. testibus. ¶ Nec oportet aggredi illum articulum an testis ex tali sola vacillatione possit puniri de falso vt tenuit Bart. in. d. l. eos. ꝛ Pet. de anchara. in dicta clemen. testibus. et per Anto. de but. in. d. c. cum in tua. ꝛ per Bal. in. c. i. §. i. in titu. quid sit in uestitura. per Bald. ꝛ Salice. in. l. nullum. ꝛ. C. de testi. ꝛ Ang. in con si. cclxxv. incipiente quedam domina Margarita ꝛc. ꝛ per do. Abb. in in. c. literas. de presum. ꝛ in. c. per tuas. de proba. quia nunc non disputauit an ex illa sola vacillatione dicatur conuictus de falso: sed solum an pro veritate inuestiganda debuerit torqueri. ꝛ in hoc coueniūt omnes ꝙ sic ꝛ standum esset depositioni ꝛ attestationi quā facerent dicti testes cum tortura potius ꝗ̄ priori depositioni ꝛ attestatiōi: vt. l. si postulauerit. §. sed si negauerit. ꝛ ibi no. Bar. ff. de adul. ꝛ no. Barto. in. d. l. eos. ꝛ Bal. in. l. iiꝭ. C. ad legem iuliā de adul. ꝛ in. l. fin. C. de questio. Ex quibus firma manet illa cōclusio qđ illi testes potuerūt ꝛ debuerūt torqueri pro veritate eruenda ratione dicte vacillationis ꝛ varietatis ꝛ standum esset attestationi que fiet per eos interueniente tortura potius quam prime.

¶ Summarium super consilio. ccliꝭ.
1 ¶ An ius substitutionis possit transmitti. 2. 3. 5. 6.
4 Uerbum substituo est aptum ad singularia legata.

¶ Consilium. ccliꝭ.



Omnipotētis dei īuocato suffragio. Preclare allegatum ꝛ recte ex aliquibus validis fundamentis ꝛ conclusum ꝛ cōsultū extitit ī cōsultatione premissa per celeberrimum legū doctorem dnm̄ Stephanum de bossis Mediolanēsem cuius opinioni quo ad eius conclusionē assentio. ¶ In primis ex eo capite qꝛ ex prima substitutione reciproca dict⁹ cathelanus iunior admitti nō pōt ad partē hereditatis dicto dnō Joāni obuētam eo qꝛ primo loco dictus testator prefatū dominū Joannē Franciscum: Aluisium: Tedisium ꝛ Nicolaū filios ipsius testatoris legitimos ꝛ naturales heredes vniuersales sibi equis portionibus instituit ꝛ si aliquis vel aliqui eorū decederent absꝗ̄ filiꝭ legitimis ꝛ naturalibus ei ꝛ eis sic decedenti vel decedentibus substituit superuiuentē et superuiuētes vulgariter pupillariter ꝛ p fideicōmissum. cū itaꝗ̄ fuerint reciproce substituti filiꝭ dicti testatoris non aūt fuerint substituti filiꝭ dictorū filiorū p̄decedētiū qꝛ de filiꝭ q nati essent seu nascerentur ex dictis filiꝭ testatoris nōdum in ea dispositione mentio facta erat sequitur ꝙ cū tpe quo p̄fatus Tedisius ꝛ dn̄s Joannes decesserunt iam
1 †decessisset dictus Aluisius pater dicti Catelani iunioris non potuit dictus Aluisius ad dictū Catelanū ius substitutionis trāsmittere. l. si in personā. C. de fideicō. l. heredes mei. §. cū ita. ff. ad treb. l. sed si plures. in prin. ꝛ. l. qui liberis. §. hec verba. ff. de vul. ꝛ pup. no. in. l. i. C. de bis qui ante aper. tab. non obstante ꝙ tractaref de hereditate ascendētis in cuius potestate fuisset dictus Aluisius vt not. in. d. l. i. ꝛ probaf etiam in. l. cū ex filio. in prin. ꝛ ibi ad hoc illū tex. pōderāt Bal. ꝛ Moder. ff. de vulga. ꝛ pup. ꝛ est cōis omniū cōclusio reprobata glo. in. l. is cui. ff. de act. ꝛ obli. ¶ Nec etiā venire pōt dict⁹ Catelanus ex secūda substitutione in qua puisum fuit qđ in casu quo contingeret oēs ipsi⁹ testatoris filios legitimos absꝗ̄ filiꝭ masculis legitimis ꝛ naturalibus decedere relictis dūtaxat filia vel filiabus legitimis ꝛ naturalib⁹ ipsam filiam vel filias in stirpes ꝛ non in capita dictis filiꝭ suis heredē seu heredes substituit in medietate oīm bonorū ipsius testatoris ꝛ in alia medietate substituit filios masculos lḡimos ꝛ naturales Mariette Joanne et Isolde similiter filiarum ipsius testatoris in stirpes ꝛ non in capita vulgariter pupillariter ꝛ per fideicommissum. Si vero cōtingeret omnes filias predictorum filiorū suorū decedere absꝗ̄ filiꝭ legitimis ab ipsis descendentibus eo casu substituit eis Joannem Antoniū filiū dnī Jacobi de christianis olim fratris ipsius testatoris eiusꝗ̄ filios legitimos masculos in omni medietate dictorū bonorū in qua fuerunt substitute filie dictorū filiorū qꝛ dico qđ non euenit casus huius secunde substitutionis cū nō decesserint omnes filiꝭ dicti testatoris absꝗ̄ filiꝭ masculis relictis ex eis duntaxat filia vel filiabus quia decessit Aluisius relicto dicto Catelano eius filio ꝛ Nicolaus filius dicti testatoris aut viuit aut si decessit remanserint ex eo tres filiꝭ masculi vt in themate narratur. ¶ Nō pōt etiam alia ratione venire dictus catelanus ex dicta scđa substitutione qꝛ in ea ipse nō est substitutus sed substitute sunt neptes testatoris nate ex filiꝭ testatoris pro vna dimidia ꝛ filiꝭ masculi nati ex filiabus testatoris pro alia dimidia ꝛ sic non opꝫ ingredi materiā. l. pe. C. de impub. ꝛ aliꝭ subst. ꝛ præte. l. heredes
2 mei. §. cū ita. ¶ Scđa principali† rōne non pōt admitti dictus catelanus qꝛ non euenit casus substitutionis in persona dicti dnī Joānis eo quia non decessit sine filiꝭ quia decessit superstite dicta Lucretia eius filia. l. si quis ita dederit. ff. de testa. tu. l. si ita sit scriptum filiabus. in princ. ff. de leg. iiꝭ. ꝛ in terminis ꝙ substitutio facta alicui sub cōditione si decesserit sine filiꝭ nō sortiaf effectū illo decedēte cū filia firmat Jo. an. ꝛ aliꝭ post eū in. c. raynaldus. de testa. ꝛ probaf in. l. qsqs. ff. de ver. sig. ꝛ facit. l. iusta. c. ti. ꝛ sufficit vnica filia. l. nō est sine liberis. ff. de ver. sig. l. i. C. de cōdi. inser. l. iubemus. in fi. C. ad trebel. l. cum vxori. C. quādo dies leg. ced. Est verū qđ qꝛ in proposito casu dictus testator habebat filias feminas quas nō instituit heredes vniuersales cū masculis sed in rebus certis filios autez masculos instituit vniuersales ꝛ si quis ex ipsis filiꝭ masculis decederet sine filiꝭ substituit superuiuentē vel superuiuentes resultat aliqualis dubitatio sup quas alias fuit a ma
3 ioribus nostris varie consultū. ¶ Quātū† aūt ad scđm dubium quo querif vtrū dicta duo p̄dia relicta Gregorio mentecapto ꝛ post eius mortem Joanni predicto heredi veniant in restitutionē fideicommissi vniuersalis iniūcti dicto Joanni puto verā esse cōclusionē factā per prefatos dnōs cōsulētes. s. ꝙ veniāt qꝛ illud pticulare fideicommissuz relictū dicto Joāni pcessit grauamē substitutiōis fideicōmissarie simpliciter facte p verba indefinita dicto Joanni quo casu cōiter cōcludif ꝙ illud qđ obuenit heredi ex cā plegati vel fideicōmissi venit in substitutionē fideicōmissariā factā ipsi heredi. l. marcellus. §. quidā liberis. cū ibi no. per gl. ꝛ doc. ff. ad treb. ꝛ. l. heredes mei. § cū ita. ꝛ ibi hoc no. Ang. e. ti. ꝛ. l. sceuola. cū ibi no. per Bar. in eo. tit. ꝛ. l. si titius. cū gl. ff. de leg. iiꝭ. ꝛ late firmat Jo. de imo. in. l. ita tñ. §. qui suspectū. ff. ad treb. ꝛ notant doc. in. l. cū virū. C. de fideicō. ꝛ maxime Sali. ibi dū dicit se vidisse dubitari an prelegata prius facta veniant in restitutione fideicōmissi si testator vsus est bis verbis qñcūꝗ̄ aliquis heredū decesserit sine filiꝭ talē substituo ꝛ refert ꝙ quidā dicebāt ꝙ non quia substitutio ista cōcernit tm̄ psonā ꝛ nō res: tū ipē decidit cōtrariū qꝛ si vbi testator dixit portionē tuā restituas vel ī portionē ei⁹ talē substituo veniūt plegata: vt. d. §. quidā liberis fortius in casu nostro vbi in substitutione nō fecit mētionē de portiōe ꝛ sic ad nullā quotā se restringit in sub
4 stitutione. ꝛ qꝛ verbū substituo est aptū etiaz ad singularia legata vt probatur in. l. i. C. cōia de leg. ꝛ in. l. ab eo. C. de fideicō. ꝛ hoc etiam dicit probari in. d. l. cū virum. a cōtrario sensu ꝛ nedū ſm cū in casu predicto veniūt prelegata sua sed etiā prelegata a coherede recepta inducit dictam. l. si titius a ratione cessante. Cū ergo post relictū predictorum factum filio mētecapto ꝛ post eius mortem dicto Joanni testator instituerit vniuersaliter dictū Joannem ꝛ post eius mortem instituerit ꝛ compēdiose substituerit simpliciter pro dimidia hospitale ꝛ pro alia dimidia dictū. b. nepotē suū sequitur ꝙ veniūt dicta p̄dia. ¶ Nec obstat ꝙ testator in institutione dixerit in oībus autē aliꝭ suis bonis mobilibus ꝛ immobilibus iuribus ꝛ actionibus instituit dictū Joānē ꝛ post eius mortem substituit ꝛc. quasi propter illa verba in omnibus aliꝭ bonis det intelligere ꝙ in illa dispositione voluerit cōprehendi illa duo predia de quibus in precedenti dispositione prouiderat: qꝛ respondeo ꝙ istud nihil obstat quia expressio eius ꝙ tacite inest nihil operaf. l. iiꝭ. ff. de lega. i. l. non recte. C. de fideiusso. l. si arrogator. ff. de adop. sed quando testator facit primo aliquod particulare relictū alicui ꝛ postea aliquē instituit heredē simpliciter vel indefinite aut vniuersaliter nō intelligitur instituere heredē illū in eo de quo aliter erat prius spāliter dispositū. l. vxorem. §. felicissimo. ff. de leg. iiꝭ. l. alimenta. §. basilice. ff. de alim. ꝛ ciba. leg. l. qđ in rerū. §. si qd post. ad fi. de lega. i. ergo sicut quando simpliciter instituit heredem vniuersalem et ei simpliciter substituit p fideicommissum veniunt prelegata ꝛ fideicommissa particularia in hac fideicommissaria substitutione vniuersali vt in iurib⁹ ꝛ locis supra allegatis ita etiam dꝫ venire qñ expressit illud qđ tacite inerat. s. qꝛ dixit in a [illegible] bonis instituit sibi heredē ꝛc. Scđo

respõdeo ꝙ illa verba in oĩbus autẽ aliis ⁊c. fuerũt solũ adiecta in in-
stitutione: substitutio aũt fuit postea in fine apposita simpliciter vnde
fateor ꝙ illa substitutio refertur ad institutionẽ sed etiã vltra institu-
tionẽ dico ꝙ refertur ad prelegata ⁊ fideicõmissa particularia p̄cedẽ-
tia. l. talis scriptura. ĩ fi. de leg. j. ⁊. l. j. C. de li. p̄te. ⁊. d. §. qdã liberis. cũ
aliis supra allegatis ⁊ substitutio dr̃ esse capitulũ ꝑ se diuersum a ca-
pitulo institutionis. l. iii. §. filiis. ⁊ ibi declarat Bar. ff. de lib. ⁊ posth.
ita qd̃ nihil repugnat ꝙ ip̄a substitutio simpliciter facta possit plus
cõprehẽdere q̃ in institutiõe sit deductũ. ¶ Nec etiã ẽt predictis ob-
5 stat † si diceret̃ ꝙ dicta p̄dia obuenerũt dicto Joãni ex substitutiõe exẽ-
plari facta mẽtecapto que exẽplaris est ad instar pupillaris. l. huma-
nitatis. C. de impu. ⁊ aliis substi. ⁊ insti. de pup. sub. §. qua ratione. sed
illud qd̃ obuenit ex substitutiõe pupillari ipsi grauato per fideicõmis-
sum non venit in restitutione fideicõmissi vt tenuerunt nonnulli quos
refert Bal. in. l. ex tribus. in vlti. col. C. de inoffic. test. ⁊ ꝑ Bal. in. d. l.
cum virũ. ⁊ Ang. in. d. §. qui suspectã. ⁊ alios in. d. §. quidã liberis. qr
rñdeo ꝙ posito qd̃ aliq hoc tenuerint tñ istud nõ põt adduci ad pro-
6 positũ nostrũ eo qr † substitutio facta dicto mentecapto fuit cõpendio-
sa ⁊ fuit facta in re certa ⁊ nõ ꝑ verba directa ciuilia quo casu non põt
cõprehendere nec pupillarẽ nec pari ratione exẽplarẽ sed fideicõmis-
sariã vt firmat Bar. ff. de vul. ⁊ pupil. in. l. cẽturio. in ver. qd si testator
substituat aliquẽ cõpẽdiose directo in certa portione vel in certa re an
valeat infra tp̄a pupillaris etatis ⁊ in ver. quero vlterius quid si sub-
stitutio cõpendiosa fiat in re certa ꝑ verbũ cõe ⁊c. ⁊ Bald. ⁊ Sal. in. l.
precibus. in vlti. col. C. de impu. ⁊ aliis substi. ⁊ Bal. in. d. l. humanita-
tis. in antepe. col. in ver. iiii. principaliter quero in quib⁹ rebus ⁊c. vbi
hoc expresse dicit in exẽplari. Si ergo substitutio facta in dicto mẽte-
capto cõpẽdiose habuit effectũ fideicõmissarie: sequit̃ ꝙ illa duo pre-
dia veniũt in substitutione vniuersali per fideicommissum facta dicto
Joanni. d. l. sceuola ⁊ ibi Bart. ⁊ firmat Bar. ⁊ alii in. d. §. quidam li-
beris. cũ aliis supra allegatis. ⁊ ita concludo. Laus deo.

¶ Consilium. ccliii.

¶ An si aduersarius meus accusauit titiũ per quem ego volo proba-
re contra eum repellatur titius a testificando contra accusantem pen-
dente accusatione. Et an solicitator possit esse testis in causa.



Queritur in causa vertẽte
inter dñm Franciscum de cõchellis syndicũ ⁊ pro-
curatorẽ magnificorũ dominorũ procuratorũ san-
cti Marci ex vna agentẽ ⁊ dominũ Joannẽ de va-
reschis p̄curatorẽ illorum de pauinis ex alia se de-
fendentẽ an debeat prosdocimus in dicta causa exa-
minari ⁊ recipi in testẽ pro parte dñi Frãcisci stãtibus oppositioni-
bus factis ꝯ dictũ testẽ ꝯ quẽ opponit̃ ꝙ fuit accusatus criminaliter
pro p̄te dictorũ de pauinis ⁊ ꝙ pẽdet accusatio. Itẽ ꝙ fuit solicitator
1 in cã. dico † breuiter ꝙ ip̄e est idoneus testis ⁊ dz recipi ⁊ examinari. nã
quilibet est idoneus ad testificandũ nisi a lege repellat̃. l. j. ff. de testi. sz
iste testis nõ reperit̃ ꝓhibitus testificari ergo ⁊c. nõ obstat accusatio cõ-
tra eũ instituta quia rñdeo ꝙ cũ prius cepisset dictus dñs Franciscus
ciuiliter agere ad restitutionẽ instrumentorum cõtra illos de pauinis
illa accusatio postea instituta per illos de pauinis cõtra prosdocimũ
non impedit quominus possit esse testis contra dictos de pauinis ac-
cusantes. vt no. Bart. in. l. j. §. si seruus. ff. de questio. ꝑ illũ text. ⁊ per
tex. in. ea. l. §. cũ quis. hoc clarissime decidit Bal. in autẽ. si dicatur. C.
de testi. in ver. modo querit̃ ⁊c. vbi querit pone ꝓ debebã tibi mille hoc
debitũ non poteras probare nisi per Petrũ ⁊ Joannẽ cũ ergo pete-
re velles a me ego vt tibi auferrem potestatem probandi accusaui eos
de graui crimine querit̃ qd̃ remedium habebis cõtra hanc maliciã rñ-
det qd̃ si apparet de malicia vt quia lite contra me mota vel ordinata
accusationẽ institui tunc isti testes sunt recipiendi ne mea calũnia mihi
prosit. allegat no. in. d. l. j. §. cũ qs. ⁊ per Joã. an. in. c. fi. de testi. ¶ Ad
scd̃m opponitur qd̃ fuit solicitator in causa. rñdeo qd̃ posito ꝙ solicita-
tor in causa nõ sit idoneus testis: vt notãt domini de Rota in suis de-
cisionibus nouis ⁊ Anto. de bu. in. c. cũ a nobis. in fin. de testi. ⁊ domi.
Abb. in. c. insuper. eo tit. ⁊ Ange. in consi. cclxxv. incipiente quedã do-
mina Margarita. tamen illud non habet obstare: quia testes depo-
nunt qd̃ solicitauit in alia causa non in ista ⁊ ex diuersis non recta fit il-
latio. preterea non deponunt ꝙ esset solicitator deputatus per illos
qui erãt principales in causa. nã potuit esse ꝙ erat solicitator deputa-
tus per procuratorẽ cause ad solicitandũ pro ipso procuratore iste ta-
lis non repellit̃: vt inquit Ant. de but. in. d. c. cũ a nobis. sequutus deci-
sionem dominorum de Rota ita volentium. ⁊ sic dicta probatio nõ cõ-
cludit de necessitate ad repellendum eum. prima tamen responsio est
de se plusq̃ sufficiens. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccliiii.

1 ☞ Statutum de compromissis fiendis inter coniunctos nõ compre-
hendit pupillos. 6. 3. 9.
2 Statutum ligans maiorem ligat pariter ⁊ minorem. 3. 4.
5 Tutor solus non potest deferre iuramentum aduersario pupilli.
7 De iure canonico a sententia arbitri potest appellari. 11.
10 Si statutũ dicat ꝙ muliere decedẽte maritus lucretur dimidiã partẽ
dotis ligabit etiam mulierem minorem.
12 Ex sententia arbitri an oriatur actio.
13 Arbiter facit litem suam si male iudicat.
14 Probatio tanq̃ summaria ⁊ aperta facit cessare omnem calumniam.
15 Jus superueniens pendente iudicio ex causa de preterito conualidat
iudicium.
16 Statutum loquens ꝙ debeat fieri probatio per instrumentũ nõ ven-
dicat sibi locum si fieret per testes.

¶ Consilium. ccliiii.

¶ Statutum de compromissis quando liget minorem.

Domini redẽptoris nostri in-
uocato suffragio. Abunde satis videtur circa consultatio-
nem de qua in presenti excitatur videlicet. An dictum sta-
tutum disponens causas inter coiunctos esse compromittendas: ven-
dicet sibi locum in agente maiore petente pupillum cum tutrice com-
pelli ad compromissum conclusum fuisse: paucioribus igitur vtar.
1 ¶ Et in hac † consultatione dubium facere videtur id quod reperitur
Barto. consuluisse in consi. suo incip. queritur an statutũ de compro-
missis fiendis ⁊c. vbi in effectu concludit quod statutum de compro-
missis fiendis inter coniunctos non comprehendat pupillos: quia sta-
tutum generaliter loquens debet referri ad habilem. l. j. C. de sac. sanc.
ecc. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. ⁊ hono. Sed pupilli non
sunt habiles ad compromittendũ. l. si pupillus. ff. de arbi. Item cum
statutum debeat intelligi ne absurdum inducat. l. pomponius. ff. de
neg. gest. l. scire. §. aliud. ff. de excu. tuto. vnde nec statuta iudaice intel-
ligenda sunt: vt dixit Bald. in. l. quicunq̃ in colum. antepe. C. de ser.
fugi. allegando glos. in. l. damni infecti stipulatio competit. ff. de dã.
infec. in. §. si is qui. in verbo obligauit. Sed si statutum premissum cõ-
prehenderet pupillũ resultaret absurditas per. s. proxime dicta. Itẽ
resultaret alia qr grauis lesio inferretur pupillo: quia eoipso ꝙ minor
compromittit priuat se beneficio app. l. j. C. de arbi. ⁊ ideo propter hãc
lesionem minor compromittens potest petere restitutionem in inte-
grum aduersus compromissum. l. si minor. §. minores. ff. de arbi. itẽ re-
peritur lesus in alio: qr si minor coram iudice litigaret ⁊ ferret̃ contra
eum sententia nulla vel iniqua iudex faceret litem suã. l. si. cũ ibi not. ff.
de var. ⁊ extraordi. cognitio. l. ex maleficiis. §. si iudex. ff. de act. ⁊ obli-
ga. l. si. C. de pena iudi. cum simili. secus est in arbitro ꝺm Barto. in. d.
consi. ex quibus ita concludit compromissum fieri non debere. ¶ Non
2 obstat † ꝺm eũ si dicatur ꝙ cõsuetudo ⁊ statutum ligans maiorẽ ligat
pariter ⁊ minorẽ. l. siue heredi. §. luci⁹. ff. de admini. tuto. ⁊ no. glo. in. l.
ii. C. que sit long. cõsue. quia videt̃ respondere Bart. hoc esse verũ nisi
3 resultaret absurditas vt dictũ est. ¶ Secundo videtur fieri † dubiũ qr
vt satis pulchre dixit insignis doc. d. Pau. de cast. in consi. lxv. incip.
in christi nomine visis ⁊ consideratis oib⁹ de quibus. s. fit mentio sup
eo primo loco ⁊c. dictũ statutum nõ declarare ad cuius instãtiã debet
iudex cõpellere partes ad faciẽdũ cõpromissum cũ sane intelligi de-
beat. s. qd̃ ad instantiam illius contra quem mouet̃ controuersia nisi cõ-
trarium iudici videatur aliter aperta erit via vnicuiq̃ indebite ⁊ iniu-
ste vexandi aliquem faciendo eũ citari cũ nullũ ius vel actionem pre-
tendere possit contra eũ: vt deducat eum ad cõpromissum in cõmunes
amicos qui interdum preter oẽm iusticiã grauãt vnũ ⁊ alteri tribuũt
predicta autem docet experientia que est efficax rerum magistra. c. q̃
sit. de elec. lib. vj. ⁊ hoc euitare debemus vt in proposito ꝓbat̃ in. l. cũ
hi. §. sz cũ lis. ff. de trãsac. ⁊ in ꝓposito illum tex. no. Ange. contra illũ
qui fingit lites vt veniat ad compromissum in casu in quo aliter de iu-
re veniendũ nõ esset si tñ actor nõ stetisset in finibus solius citationis
si aũt dedisset libellum ⁊ iustas ⁊ rationabiles causas allegasset ita ꝙ
appareret manifeste ꝙ litem nõ fingit ⁊ qd̃ nõ calumniat̃; sed qd̃ pro-
pter dubiũ litis petit cõpromissũ mos ei gerendus esset ⁊ audiri de-
beret. ar. l. tutor. in prin. ff. de iureiur. sed qñ facit dũtaxat aduersariũ
citari ⁊ nõ exprimit aliquã cãm rationabilem contra eũ vel exprimit
cãm: sz statim conuincit̃ ꝑ productionẽ instrumẽtorũ qd̃ illa causa est
sopita tũc appareret iudici de calũnia petentis cõpromissum. et ideo
nõ debet sibi aures accõmodare. C. de fal. l. satis aperte. ⁊ que not. glo.
in. l. vbi pactũ. C. de transac. ⁊ in. l. q cũ maior. §. si libertus. ff. de oper.
liber. ⁊ Inn. in. c. cõstitutus. de filiis presby. ⁊ in. c. j. de offi. vica. ita cõ-
cludit p̄fatus doc. in dicto cõsi. ¶ Premissis tñ nõ obstantibus pu-
4 to pupillũ cũ tutore ad cõpromissum esse cogendũ. primo ꝑ † rationẽ
illã: quia statuta generaliter disponẽtia etiam minores cõprehendũt.
c. constitutus. de restit. in integ. ⁊. d. l. siue heredi. §. lucius. et declarat
Bal. in. l. j. C. si aduer. dotẽ. ⁊ ĩ. l. si mater. C. an de sta. defun. ¶ Scd̃o
quia hoc velle videt̃ Bar. in quodam cõsi. incip. nũquid tutor ⁊c. vbi
querit an tutor tutorio nomine petere possit compromissum casu quo
ex forma legis municipalis cã esset cõpromittenda: ⁊ arguit primo ꝙ
non quia arbiter electus in cõpromisso põt accipere de iure vnius et
dare alteri vt no. in. l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbi. ⁊ in aut. vt diffe.
iudi. §. si vero. sed tutor non potest concedere alteri licentiam donandi
res pupillares: nec ledendi iura pupilli: qr nihil ipse facere posset ⁊
non dicitur

non dicitur tutor quando spoliat pupillū.ff.pro emp.l.qui fundum.
§.si tutor.⁊.ff.de admini.tuto.l.lucius.§.fin.¶ In contrarium alle-
gat q̄r tutor potest super re pupilli ⁊ de iure pup. remittere allegat
l.interdū.§.qui tutelā.⁊.l.si pignori.§.si tutor.ff.de fur.⁊.C.de trās-
actio.l.p̄ses.cū ibi not.concludit ipse ꝙ si pupillus cōpromittat cū
autoritate tutoris cōpromissum valeat.l.si pupill᷒.ff.de arbi.⁊ ideo
tūc peti potest tale compromissum.Nec obstat s̄m eum.d.l.minor.§.
minores.cum glo.ff.de mino.⁊ q̄ primū compromissum fit per mi-
norem leditur:quia tollitur sibi beneficium appellandi.⁊ ideo petit
restitutionem in integrum aduersus compromissum: quia respondet
Barto.in preallegato cōsilio qd̄ si pupillus cum tutore,compromisit
in eum qui poterat iurisdi.ordi.cognoscere de causa:⁊ tunc q̄r a sentē-
tia ex iurisdic.ordi.lata potuisset appellare ⁊ non a sententia lata ex
compromisso.d.l.j.de arbi.dicitur lesus ita proprie loquitur text.in
d.§.minores.sed si cōpromisit in eum qui non poterat ordinaria iu-
risdictione cognoscere.⁊ sic compromisit tanq̄ in amicabilem compo
sitorem compromissum factum cum autoritate tutoris tenet:⁊ nō dici-
tur lesus nisi doceat de lesione.d.l.si pupillus.⁊.l.diem proferre.§.fi-
na.⁊.l.si compromissum ita factum.ff.de arbi.ita concludit Barto.in
prime allegato consilio vbi etiā subsequēter querit an tutor sine pu-
pillo possit compromittere ⁊ concludit qd̄ sic si iura pupilli erant du-
bia per not.in.l.procurator.C.de pa.⁊ in.d.§.si cōpro.fortificatur per
ea que consuluit Barto.in consi.incip.an statutum de compromissis
fiendis arctet tutorem ad cōpromittendum in arbitrum non tamen
ad compromittendum in arbitratorem:cum tamen possit reclamari
ac peti reductionem ad arbitrium boni viri.l.si societatem.§.arbitro-
rum.ff.pro socio.⁊.c.quintauallis.de iureiuran.vnde isto casu cessat il-
la ratio quod compromittendo sit lesus.Nā licet minor si cōpromisis-
set in arbitratore non sequitur ergo probatur se lesum.nam s̄m Bart.
esse posset ꝙ eius interesset cām compromittere:vt q̄r causam haberet
dubiam.sic interest ipsius minoris quādoqꝫ qd̄ iuramētū aduersario
deferatur.l.tutor.cū ibi no.ff.de iureiurā.ergo saltem poterunt com-
pelli pupilli cū autoritate tutorum ad compromittendū in arbitrato
rem.Nec tunc obstat si diceretur qd̄ tutor nō potest eligere arbitratorē
cui datur potestas procedendi de facto cū possit partes ledere.l.si de
meis.§.recepi sic.ff.de arbi.⁊ no.Bar.in.l.si societatē.§.arbitrorum.
ff.pro soc.Et cano.in.d.c.quintauallis.Et sic videtur quod talem po-
testatē non possit dare tutor p̄ not.p̄ gl.in.l.imperatores.⁊ ibi Ang.
ff.de pac.⁊ no.in.l.tutor.eo.titu.Quia respondeo ꝙ illud potest pro-
cedere in solo tutore:sed pupillus cū autoritate tutoris potest com-
promittere in arbitratorem vt precise determinat Barto.in.d.consil.
incipiē.Queritur an statutum.Et in dicto consilio incipien. nunquid
tutor ⁊c.⁊ ibi proprie facit differentiam.An pupillus cum autoritate
tutoris compromittat.⁊ indistincte dicit valere compromissum.d.l.si
pupillus a contrario sensu. Sed quando tutor vult compromittere
solus non potest illud facere nisi quando iura pupilli sunt dubia:per
5 no.in.d.§.qui tutelam.⁊ in.d.l.preses.¶ Hoc etiam p̄baṫ.† Nam vi-
demus ꝙ tutor solus non potest deferre iuramentum aduersario pu-
pilli nisi deficientibus omnibus probationibus pupillo.l.tutor.ff. de
iureiuran.Et tamen pupillus cum autoritate tutoris indistincte defer-
re potest iusiurandum:licet si leditur possit restitui in integrum. hec
habentur in.l.iusiurandum quod ex conuentione.§.pupillus.⁊ ibi gl.
⁊ docto.ff.de iureiuran.Et in.l.j.§.j.ff.quarū rerum actio non detur.
Et idem probatur in.l.penulti.C.de iure delibe.⁊ in.l.pupillus.ff. de
acquiren.here.vbi solus tutor sine pupillo non potest hereditatem
adire.Et tamen pupillus cum autoritate tutoris potest vt ibi magis
specialiter probatur:etiam in.l.tutor.cum ibi not.ff.de bon.poss.iun-
cta.l.j.§.tutor.ff.de successo.edic.⁊ in.l.si pupillorū.C.de repud.here-
di.vbi solus tutor non potest repudiare hereditatē seu bonorum pos
sessionē tñ pupillus cum autoritate tutoris pōt vt ibi.¶ Quarto cō-
firmaṫ autoritate Pet.de ancha.in repeti.c.primi.de consti.in.xij.q.
principali in verbo circa istos minores ⁊c.vbi querit an statutū ꝙ loq
tur de compromissis fiendis inter cōiūctos vsqꝫ in tertiū gradū cōpre
hendit pupillos.Et vtrū tutor propter tale statutū possit petere fieri
compromissum de causa pupilli.Et ipse concludit qd̄ aut compromis
sum fit in eū qui poterat ex iurisdictiōe cognoscere ⁊ tūc q̄r leditur eo
ipso qd̄ compromittit cū a sentētia eius tanq̄ iudicis potuisset appel
lari nūc vero a sententia ei᷒ vt arbitri nō potest appellari.d.§ mino-
res.iūcta.l.j.C.de ar.ideo de tali compromisso nō intelligiṫ statutum.
Aut compromittiṫ in aliū ⁊ tūc cū autoritate tutoris poterit de re du
bia ⁊ incerta:licet non de re liquida per not.in.l.pactū curatoris.C.de
pac.Et ita dicit reperiri Bar.consuluisse.Et puto qd̄ voluit se refer-
re ad cōsilia de q̄bus supra mentio habita est.Sed ita est qd̄ per litē
motā inter dictas partes ⁊ p̄ negatiuā pupillorū ⁊ tutoris dr̄ res effe
cta dubia ⁊ incerta.l.j.ff.de trāsac.⁊ ibi not.per gl.⁊ doc.in.l.ij.C.qb᷒
6 ad liber.procla.nō licet.¶ Quinto p̄baṫ† ex decisione Bal.in.l.fi. C.
de in integrū restitit.gn̄ali vbi inquit ꝙ stante statuto ꝙ cause inter cō
sanguineos ⁊ affines debeant cōpromitti contingit quod minor fecit
compromissum vult in integrū restitui q̄riṫ an possit allega.primo ꝙ
sic p.d.§.minores.vbi eoipso quod cōpromittit lediṫ:contrarium de-
cidit dicēs ꝙ istud est compromissum necessariū vnde minor vtitur
iure cōmuni ⁊ municipali quod ita ligat minores sicut maiores.d.l.si
ne herede.§.lucius.⁊ ibi not.Et sic Bal.vbi.s̄.omnino vult istud cō-
promissum esse necessarium tam in minore q̄ in maiore.¶ Sexto ad
idē tex.in.l.si plures.ff.de pac.vbi tutor pōt remittere dubium pupil
li quia talis remissio de iure communi erat necessaria.Et ideo recte
infert Angel.qd̄ eadē ratione poterit tutor compromittere de iure et
de facto quando ex forma statuti quelibet causa debet sic compromit
ti vt dicit esse statutū Perusij ⁊ ita inquit de facto seruari.Et sic pa
tet quod Ang.ibi vult quod etiam in arbitratorem possit compromit
ti.s.cum potestate arbitrandi ⁊ cognoscendi de iure ⁊ de facto quando
statutū generaliter hoc prouidet.¶ Septimo adduco no.per Pau.
de cast.in.l.nā ⁊ postea.§.si minor.ff.de iureiuran.vbi dicit quod dato
ꝙ minor non possit efficaciter cōpromittere in arbitratorem attento
quod si compromitit incontinenti leditur ex eo quia tollitur facultas
appellandi vt est dictum:tamen bene potest compromittere in arbi-
tratorem quia ab eius sententia potest peti reductio ad arbitrium bo-
ni viri.§.arbitrorum.⁊ dicto.c.quintauallis.de iureiuran. Et ita dicit
se declarare no.Barto.in dicto.§.minores.⁊ retuli.s̄.subdit etiam qd̄
predicta procedūt de iure ciuili sed de iure canonico minor efficaciter
poterit compromittere ⁊ poterit petere restitutionem in integrum ad-
7 uersus compromissum.attento qd̄ † de iure canonico a sententia arbitri
possit appellari.ij.q.vj.c.iudicibus.⁊ ibi no.per.gloss.⁊ Archidi.⁊ in
c.secum.⁊ in.c.exposita.de arbi.⁊ vtrobiqꝫ not.vnde cum statutum ci-
uitatis generaliter disponat seruari debere ius canonicū sequitur qd̄
minor potest efficaciter compromittere ⁊ quod non leditur compro-
mittendo.Et sic cessant rōnes allegate in cōtrariū qd̄ de iure canonico
possit appellari a sententia arbitri vt dixi.Et tenet Bald.et Angel.
in.l.si seruus plurium.§.fina.ff.de lega.j.Et Bald.in.l.prima.C.de
arbi.⁊ Bald.in.l.cum quidam.ff.de lega.ij.⁊ Bald.in.l si quis arbi-
tratu.ff.de verbo.obliga.⁊ in addi.Specu.in tit.de arbi.§.j.versicul.
arbitrator.⁊ Petr.de ancha.in clemen.sepe.de verbo.signifi.⁊ no.gl.
ij.q.vj.c.que ab arbitris.⁊ glos.⁊ docto.in.d.c.exposita.⁊ Hostien.in
c.ij.eo.titu.⁊ cum eo magis communiter transeunt cano.bene facit tex.
ij.q.vj.omnis oppressus ⁊ in.c.ad romanam.⁊ in c.ideo.⁊ in.c.cum er-
go.vbi cuilibet oppresso de iure canon.permittitur prouocare:ex qui-
bus omnibus concludo dictos pupillos cum autoritate tutoris cogi
posse ad compromissum quod etiam apertius apparebit ex respon-
sionibus ad contraria ad que venio.¶ Non ob.igitur primo quod sta
tutum generale debeat referri ad personas habiles ⁊c.quia responsio
est euidens quum licet dictus pup.nō sit habilis ad compromittendū
tamen cum autoritate tutoris est habilis.d.l.si pu.Nō obstat ꝙ statu-
tum predictum continet absurdum:ex eo quod grauis iactura infer-
tur pupillo quia per compromissum priuatur beneficio appellandi.
vt probatur in dicto.§.minores.quia duobus modis respondeo:⁊ pri
8 mo† quod text.in dicto.§.minores.loquitur de iure communi quo iu-
re nullus cogitur ad compromittendum vt no.per glo.⁊ latius Bar.
in.l.qui furti.§.qui iussu.ff.de infa.⁊ not.Bal.i.c.j.§.q̄s.de pace tenē.
⁊ Bal.in.l.ex stipu.C.de senten.Sed nos loquimur in casu in quo ius
municipale artat generaliter cōiunctos vsqꝫ ad quartum gradum ad
compromissum vnde minores vti debent eo communi iure quo vtun-
tur alij coniuncti in loco illo.l.si.C.de in integrum restitu.⁊.d.l.sine he
rede.§.lucius.aliter sequeretur quod nunq̄ statutum ligaret minores
contra illum tex.⁊ cōtra ea que dixi supra:⁊ no.Guil.de cu.in.l.de qui
9 bus.ff.de leg.¶ † Item tollitur absurdum quia si contingeret contra
pupillum iniuste iudicari per arbitros poterit se tueri implorando re
stitutionem in integrum aduersus sententiam per id quod no.in.l.ij.⁊
per totum.C.si aduer.rem iudi.⁊ in.l.minoribus.xxv.annis.cum.l.se-
quen.⁊.l si ex causa.in fi.ff.de mino.cum simili et sic licet non possit re-
stitui aduersus statutum vel compromissum factum ex necessitate sta-
tuti:tamen poterit restitui aduersus effectum statuti.⁊ aduersus sentē
tiam sequutam ex compromisso facto ex necessitate statuti ita declarat
Bald.in.l.j.C.si aduer.do.in princip.⁊ in.l.si mater.C.ne de sta.de-
fun.⁊ in.l.omnes populi.ff.de iusti.⁊ iure.in antepe.col.⁊ probatur in
c.constitutus.de resti.in integr.⁊ Bar.in.l.ij.C.de fun.pat.li.x.cū vi-
10 demus† ꝙ statutum disponēs ꝙ vxore predecedente maritus lucreṫ
dimidiā dotis ligabit etiā mulierē minorē quāuis sit ei p̄iudiciale vt
declarat bal.in prealle.l.j.C.si aduer.do.⁊ ibi etiā ponit an possit tūc
mulier minor iuuari beneficio restitutionis.¶ Itē respondeo qd̄ text.
in.d.§.minores.loquitur qn̄ fuerit compromissum in aliquē qui ex or-
dinaria iurisdictione poterat de causa cognoscere tunc enī lediṫ minor
quia a sententia illa potuisset appellare.Sed vbi cōpromittiṫ in aliū
vt expresse firmat Bar.in preallegato cōsi.incip.nunq̄d tutor ⁊c.Et
Pe.de ancha.in.d.c.canonum statuta.tūc ipsemet Bar.in proximo
alleg.cōsi.limitat ⁊ declarat ea que dixerat in alio cōsi.incipiē.queriṫ
an statutum ⁊c.si debeat distingui an cōpromittat in eum qui poterat
ex sua iurisdic.cognoscere:aut in alium.¶ Nec obstat si dicaṫ ꝙ Bar.
in dicto cōsilio incip.nunquid tutor ⁊c.non loquitur in casu nostro vē
an pupillus possit cogi ad compromissum.Sed an ipse pup.vel eius
tutor possit petere aduersarium cogi ad compromittendum quia re-
spondeo qd̄ inspecta ratione isti casus non differunt.Nam si conside-
retur ratio propter quam dici posset qd̄ pup.non posset cogi ad com

promissum in arbitrum nulla alia esse potest: nec alia allegatur nisi qr
statutum non debet extendi hoc casu ad pupillum quia ex tali compro
misso sibi infertur grauis iactura cū perdat beneficium appellādi ⁊c.
vt plenius dictum est supra: certe hac eadem ratione nō deberet fieri
posse compromissum ad instantiam pupilli vel tutoris. Quia eadem
ratio iacture pupilli vendicat sibi locum isto casu ergo eadē debet esse
iuris dispositio. l. illud. ff. ad legē aquiliam. ⁊. l. a titio. ff. de verborum
11 obliga. ¶ Preterea † ⁊ aliter respondeo. nam cum istud compromis-
sum sit necessarium a sentētia talium arbitrorum de iure potest appel
lari. l. fina. ⁊ ibi not. Bart. ⁊ Bal. C. de interdic. ⁊ Barto. in. l. j. in fin.
ff. a quibus appella non licet. ⁊ gl. in. c. ab arbitris. de offi. deleg. in gl.
fin. lib. vj. ⁊ glos. ij. q. vj. c. iudicibus. ⁊ not. Bald. in prima constitu. C.
in fin. ⁊ Angel. in. l. apertissimi. C. de iudi. ⁊ Sali. in preallegata. l. fi. C.
de interdic. ⁊ Pe. de anch. post alios in. d. c. ab arbitris. ⁊ Jo. de imo.
in. d. l. j. in fin. ff. a quibus appella. non licet. ⁊ in. l. j. in antepenul. co-
lū. ff. soluto matrimonio. dicit tamen ipse ibi ⁊ in. c. cū dilectus. de arbi
tris. quod licet Barto. videatur tenuisse contrarium in prima consti-
tutione. C. tamen possunt scdm eum opinio. concordari quia debet attē
di forma statuti quia si statutum vult simpliciter compromissum fieri
verum sit quod possit appellari a sententia talium arbitrorum secus
si statutū iubet compromitti sub pena quoniam tunc non poterit ap-
pellari ⁊ sic videtur statutum velle quod metu pene pareatur laudo. l.
12 j. C. de arbitris. nisi † statutum disponeret quod ex sentētia arbitri oria
tur actio quia tunc bene poterit appellari. per dictam. l. j. C. de arbi-
tris. hoc verbum addit Joan. de imo. in dicto. c. cum dilectus. Sed ita
est quod predictum statutum disponit quod ex dicta sententia arbitri
oriatur actio patet dum statutum dicit quod laudum talium arbitro-
rum obtineat plenam roboris firmitatem et executioni mādetur: que
verba important vt etiam oriatur actio. l. statuas. ff. de acquiren. rerū
dominio. ⁊ no. in. autenti. sacramenta puberū. C. si aduer. vendi. Et no.
Bart. in. l. iurisgentium. §. pretor. ff. de pact. in principio. Et Barto.
in materia. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio in tertia colum.
in versi. quero vtrum ex sententia arbitratoris oriatur actio in fi. dum
dicit tamen statuta terrarum prouident quod arbitramenta executio-
ni mandent. ¶ Et quod possit appellari a sententia arbitrorum ele-
ctorum ex necessitate statuti. tenuit etiam Pau. de cast. in. l. a diuo pio
in principio. ff. de re iudi. ⁊ est magis communis opin. a qua in iudicā
do recedendum non est: vt habetur in locis vulg. ¶ Et licet Anto. de
butri. in dicto. c. quintauallis. de iureiurando. in. xxiiij. differentia vi-
deatur illam opinio. Barto. in prima constitu. C. approbare. s. quod
non possit appellari a dictis arbitris: ⁊ respondet ad text. in dicto. c.
ab aribitris. de offi. deleg. in. vj. quod ille text. loquitur de arbitro ele-
cto super aliquo incidenti quo casu potest reclamari a sentētia talis ar-
bitri sponte electi. l. arbitro. secundum vnam lect. ff. qui satis. cogā. ni-
hilominus hec responsio dari non potest ad. l. fina. C. de interdic. que
loquitur in arbitris qui eliguntur super tota lite. Et istā partē etiā vi
detur sequi Bal. in. l. item si vnus. §. si in duos. ff. de arbi. ¶ Rursus
ad predicta respondetur quod. d. §. minores. cum ibi no. loquitur de iu
re ciuili quo inspecto non potest appellari a sententia arbitri: vnde mi
nor grauiter leditur. Sed de iure canonico ꝙ ex forma statutorum ser-
uatur in ciuitate. Forliuiensi que subiacet ecclesie Romane potest ap-
pellari a sententia arbitri secundum communem sentētiam: vt. s. in vl
timo argumento deduxi: ergo cessat ratio lesionis quinimo fortius ex
forma statutorum loci potest ab arbitro appellari. ¶ Minusque etiā
obstat quod dicebatur minorem ledi ex eo quia si iudex iudicaret con-
tra pupillum inique faceret litem suam secus in arbitro quia respon-
deo primo prout dixi supra quod in hoc minor vtitur iure communi
id est municipali que in loco pro lege communi seruatur vnde non di-
citur lesus. Secundo quia si inique iudicabitur contra eum per arbi-
tros habet remedium restitutionis in integrum ergo sibi succurritur:
13 vt dictum est. Tertio respondeo ꝙ imo arbiter facit † litem suam si ma
le iudicat: vt est tex. in. l. si quis in conscribendo. C. de pac. idē in arbi-
tratore: vt est tex. ⁊ ibi Bart. in. fi. ff. si mens. fal. mo. dix. no. Bart. in. l.
fi. ff. de var. ⁊ extraordi. cog. ⁊ Bal. in. d. l. si quis in cōscribendo. ⁊ Jo.
de imo. in. l. diuus. ff. de re iudi. vbi dicit quod de arbitro quod faciat
litem suā est tex. singularis. cum glo. in. d. l. si quis in conscribendo. Et
in arbitratore dicit ꝙ licet non videatur clare esse cautum tamen vi-
detur dicendum idem per rationes quas allegat Bartol. in. d. l. fina.
¶ Non obstat etiam ꝙ hic fingi dicatur lis ex parte actoris ⁊c. qr imo
vt ex titulo questionis percipitur producta fuit petitio cum insertione
causarum iustarum ⁊ rationabilium ex quibus constat ꝙ lis non fingi
tur vt ipsemet Paul. de ca. in. d. cōsi. lxv. quod relatum est supra: fa-
teor tamen quod adhuc cautius esset ⁊ cōsultius si actor in iudicio per
specificationem causarum in productione produceret testamētum in
quo est fundamentum agētis. Et summarie fieret aliqualis casus sub-
stitutionis. Et quod pupilli conuēti aliquid possiderent de heredita-
14 te: talis enim † probatio tanquam summaria ⁊ aperta facit cessare omnem
callumniam petentis compromissum: vt patet ex not. per Bart. in. l.
nam ⁊ postea. §. si minor. in fi. ff. de iureiurā. ⁊ doc. in. c. auditis. ⁊ in. c. co
ram felicis. de resti. in integ. ⁊ Bar. in. l. j. §. nunciatio. in penul. colum.
ff. de noui oper. nun. ⁊ Bal. in. l. j. in fi. C. si aduer. liberta. per quam p-
bationem apparet etiam ius pupillorum esse in dubio. Nam res effi-
citur dubia etiam per semiplenā probationē: vt probatur in. l. admo-
nendi. in versic. in dubijs causis. cum ibi not. ff. de iureiurā. ⁊ quo casu
videlicet quādo res est dubia potest etiam solus tutor causam compro
mittere in terminis nostri statuti: vt decidit Bar. in consilijs allega-
tis supra. Et sufficit ꝙ hec probatio talis fieret tunc post petitionem
15 compromissi quia ius † superueniens pendente iudicio ex cā de prete-
rito conualidat iudicium. l. si rem. §. fina. ff. de pigno. acti. ⁊. ff. man. l. si
mandauero tibi a titio. ⁊ plene habetur in. l. non potest. ff. de iud. ⁊ in. l.
non quemadmodum. eo. ti. ⁊ i. c. abbate. de re iudi. lib. vj. ¶ Nec obstat
insuper quod in statuto dicitur ꝙ dispositio illius statuti non vendi-
caret sibi locum vbi de debito super quo vertitur questio esset publi-
cum instrumentum: qr hoc est valde debile fundamentum. nam illud
fuit introductum per statuentes in fauorem illius qui hz instrumen-
tum. ⁊ sic ius liquidum vt non cogeret de illo compromittere iuxta. l.
j. ⁊. l. post rem. ff. de transac. ⁊ quod not. Bart. in. l. ambitiosa. in tertia
regula. ff. de decre. ab ordi. fa. ⁊ in prima constitu. C. vnde cui dubium
quod ille in cuius fauorem hoc inductum fuit potest illi fauori renun-
tiare ⁊ petere compromissum fieri. l. penul. C. de pac. l. pactū inter he-
redem. ff. eod. titu. c. si diligenti. de foro compe. ergo cum actor sit ille
qui vtit testamento potest illi fauori renunciari petendo compromis-
sum fieri. Preterea vltra testamentū qd probatur per instrumentum
oportet probare per testes euenisse casum substitutionis ⁊ quod aduer
sarius possederit ⁊ fructus perceperit: vnde non est verum dicere ꝙ
isto casu dicatur constare per instrumentum: sed per instrumentum et
16 testes: quo † casu statutum loquens quando fieret probatio per instru-
mentum non vendicat sibi locum. vt decidit Jaco. butri. ⁊ Barto. in. l.
certi condictio. §. qm. ff. si cer. pe. ⁊ Bald. in aut. sed nouo. eo. titu. i. iiij.
colum. ⁊ in repe. l. j. ff. de lega. ij. ⁊ alij in aut. cassa. in antepe. colū. C. de
sac. sanc. eccle. ⁊ cano. maxime Joan. de imo. in. c. auditis. de resti. in in-
teg. ⁊ Pet. de ancha. in repeti. c. canonum statuta. de consti. versi. circa
istam extēsionē. Ex quibus concludit vt. s. dictos pupillos cū tutoris
autoritate esse cogendos ad compromissum sm formam dicti statuti.
¶ Ita vt superius scriptum est puto iuris esse: ⁊ ita dico ⁊ cōsulo ego
Alexan. de tartag. de Jmola.

¶ Finit Sextum volumen Consiliorum aurei doctoris ⁊ iurisconsul-
torum fere principis domini Alexandri de Tartagnis de Jmola: a
proprijs originalibus ipsius Alexā. exemplatum cum summarijs no
uiter additis.

¶ Lugduni excudebat Mathias Bonhome.

Scrutinium quaternionum.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.v.x. Omnes sunt quaterniones.

iij. Esdre. iij.
Super omnia autem vincit Ueritas.



colorchecker CLASSIC

calibrite